

Sanctissimi docto
ris, **Diui** Scilicet **Thome Aquinatis**: ordinis fra
trum prædicatorum: libri quattuor de regimine
principum ad regem **Cypti**.

Ite **Epistola eiusdem**
De regimine iudeorum: veditio officiorum (q
videlicet nõ est expedire) de exactiõibus in subs
ditos nõ faciendis. Et institutis restituendis ad de
cissam **Brabantia**.

Venundantur ab Ioanne parro sub Leone
argenteo parisiis in via ad diuum Iacobum.

N. 18. 182



F. Guilielm⁹ Paru⁹ Ordinis p̄dicatorii The
olog⁹ fidei inq̄sitor generalis & regia⁹ cōfessiōis
auditor indign⁹: Ioāni de Ganayo fr̄acia⁹ Cācel
ario dignissimo, S. D.



Via sanctissimi doctoris diui
Thomæ Aquinatis fulgentis
simā doctrinā(vt acerrimo iu
dicio & maxime p̄spicaci in
genio es Cācellarie sapientissi
me) ceteris fere tū ob multitu
gā fecunditatē: tum ob sententiarū p̄dēra p̄
ferre soles: nuperq; p̄ excellentissima virtute tua
eo autoritatis ascēdisti: vt amplissimi semp &
hac tempestate(quā conseruet omnipotēs) p̄
ceteris florētis galliarū regni p̄cererūq; sis non
solū moderator ac censor prudētissimus sed(p̄
pe dixerū) modus ipse ac cēsurā: Curauit eiusdē di
ui doctoris opusculū plane aureū de regimine p̄ri
cipū cū ep̄stola q̄dā didascalica: sub faustissimi
noīs tui dexteritate in Enchiridiū modulū imp̄ri
mēdū & iter Aulicos p̄cipēs diuulgādū. Ratus
te quoq; siq; laxamētū tantę molis: quātam susti
nes: habere admittāt: obiter ei⁹ lectiōe aim oble
ctaturū: q̄ppe i quo est variorū exp̄ploꝝ vis copio
sissima & eruditōis sanctę vbertas maxia. Vale.
Parthiūs, XII Calen. decemb. An. M. D. IX

Rubricę libri. I. de regi. prin. b. Thomæ

¶ Primo author suā intentionē p̄mittit scribens
ad regem Cypri

¶ Q̄ necesse est homini vt ab aliquo gubernet cū
oporteat ip̄m in multitudine viuere: vbi distingui
tur multiplex dominium. .CA. I

¶ Q̄ multitudo meli⁹ regis p̄ vnū q̄ plures mul
tis ratiōibus p̄bat & hic est rex vel ip̄ator. CA. II.

¶ Q̄ sicut dominū vnus optimū ē q̄n est iustū
Ita oppositum ei⁹ est pessimū vt multis probatur
rationibus & argumentis .CA. III.

¶ Q̄ variatū est istud dominū apud romāos: et
q̄ interdū apud eos magis est aucta res publica ex
dominio plurium .CA. IIII

¶ Q̄ in dominio plurū magis sepe cōtingit do
minū tyrannicū q̄ ex dominio vnus .CA. V.

¶ Cōclusio q̄ regimē vni⁹ simpliciter sit optimum
ostēdit qualit̄ m̄ltitudo se debeat habere circa ip̄m
q̄ a auferēda ē et occasio ne tyrānifet & q̄ etiā i hoc
est tolerādū p̄pter mai⁹ malū vitādū. CA. VI.

¶ Q̄ uerit̄ qd p̄cipue mouere debet regē ad bene re
gēdū vitū honor vel gloria & ponit opiniōes cir
ca hoc & quid sit tenendum .CA. VII.

¶ Q̄ qualis ē ver⁹ fili⁹ regis q̄ monere ip̄m debet ad
bene regendum .CA. VIII.

¶ Q̄ p̄mū regū & p̄cipū tenet sup̄mū gradū in
beatitudine celestis: abūde docet. CA. IX.

¶ Q̄ rex siue p̄iceps studere debet ad bonū regi
men propter bonū sui p̄suis & vtile qd in de sequi
tur cuius cōtrariū sequit̄ regimē tyrannicū. CA. X

¶ Q̄ bona etiā mūdi alia vt sunt diuitie ptās ho
nor. & fama magis proueniunt regibus q̄ tyrānis.

De regimine principum.

Fit de malis quae incurrit tyrannetia in hac vita c. XI.
Procedit ad ostendendum regis officium: ubi secundum viam naturae ostendit regem esse in regno sicut aia est in corpore & sicut deus in mundo Ca. XII.

Assumit ex hac similitudine modum regiminis ut sicut deus vnaquaque re distinguit quodam ordine & propria operatione & loco: Ita rex subditos suos in regno & eodem modo de anima. Ca. XIII

Quis modus gubernandi coepat regi. quia secundum modum gubernationis diuinae. Quisquidem modus gubernandi a gubernatione nauis sumptus originem ubi & comparatio ponitur sacerdotalis dominus & regalis Ca. XIII

Q sicut ad vltimum finem consequendum requiritur ut rex subditos suos ad viuendum secundum virtutem disponat: Ita ad fines medios. Et ponitur hic quae sunt illa quae ordinant ad bene viuendum. & quae impediunt & quod remedium rex apponere debet circa impedimenta dicta. Ca. XV.

Argumentum

Cogitanti mihi quod offerrem regia celsitudine dignum meae professioni congruum & officio: id occurrit potissimum offerendum ut regi liberum de regno describerem: in quo et regni originem et ea quae ad regis officium pertinent secundum scripturam diuinam auctoritatem philosophorum dogma & exempla laudatorum principum diligenter deperire iuxta ingenii proprii facultatem principum progressum & consumationem operis ex illius expectans auxilio qui est rex regum & dominus dominantium: per quem reges regnant de magnus dominus & rex magnus super omnes deos

LIBER. I. FOIL

Quod necesse est homines simul viuere ab aliquo diligenter regi Ca. I.



Pincipium autem intentionis nostrae hic sumere oportet ut quod nomine regis intelligendum sit exponatur. In omnibus autem quae ad finem aliquem ordinantur: in quibus contingit sic & aliter procedere opus est aliquo dirigente: per quod directe debitum perueniat ad finem. Non enim nauis quam secundum diuersorum ventorum impulsum in diuersa moueri contingit ad destinatum finem peruenire: nisi per gubernatoris industria dirigere ad portum. Homini autem est aliquis finis: ad quem tota vita eius & actio ordinatur: cui sit agens per intellectum: cuius est manifeste propter finem operari. Contingit autem diuersimode homines ad finem intentum procedere quod ipsa diuersitas humanorum studiorum & actionum declarat. Indiget igitur homo aliquo dirigente ad finem. Est autem vnicuique hominum naturaliter insitum rationis lumen quo in suis actibus dirigatur ad finem. Et si quidem homini conueniret singulariter viuere sicut multis animalium: nullo alio dirigente indigeret ad finem: Sed ipse sibi vnusquisque esset rex sub deo summo rege: in quantum per lumen rationis di-

inletus datum sibi in suis actibus seipsum dirige-
ret. naturale autem est homini vt sit animal so-
ciale & politicum in multitudine viuens: magis
etiam q̄ omnia alia animalia. Qd̄ quidē natura-
lis necessitas declarat. Aliis em̄ animalibus natu-
ra præparauit cibum: tegumenta pilorū: defensi-
onem vt dentes: cornua: ungues: vel saltem velo-
citatē ad fugam. Homo autem institutus est nul-
lo horum sibi a natura preparato: sed loco osum
data est ei ratio per quam sibi hæc omnia officio
manuum possit præparare: ad quæ omnia præ-
paranda vnus homo non sufficit. Nam vnus ho-
mo per se sufficienter vitam transigere non pos-
set. Est igitur homini naturale q̄ in societate mul-
torum viuat. Amplius aliis animalibus insita
est naturalis industria ad omnia ea quæ sunt eis
vtilia vel nocua: sicut ouis naturaliter extimat
lupum inimicū: Vnde Plynus de deo aut natu-
ra loquens ait: Cætera animantia sentire naturā
suam: alia pernicitatem vsurpare: alia præpetes
volatus: alia vires alla nare: hominem scire ni-
hil permittit sine doctrina: non fari: non ingredi:
non vesci: breuiterq̄ non aliud naturæ sponte
q̄ flere. Hæc ille. Quædam etiam animalia ex
naturalī industria cognoscunt aliquas hærbas
medicinales: & alia eorum vitæ necessaria. Hoc

mo autem horum quæ sunt suæ vitæ necessaria
naturalem cognitionem habet solum in commu-
ni: quasi eo per rationem valente ex vniuersali-
bus principiis ad cognitionem singulorum quæ
necessaria sunt humana vitæ peruenire. Non
est autem possibile q̄ vnus homo ad omnia hæc
per suam rationem pertingat. Est igitur neces-
sarium homini q̄ in multitudine viuat. vt vnus
ab alio adiuuetur: & diuersi diuersis inueniendis
per rationem occupentur: puta vnus in medici-
na: alius in hoc: alius in alio. Hoc etiam euide-
tissime declaratur per hoc qd̄ est proprium ho-
minis locutione vt: per quā vnus homo aliis su-
um conceptum totaliter potest exprimere. Alia
quidem animalia exprimentur mutuo passiones
suas in communi: vt canis in latratu iram: & alia
animalia passiones suas diuersis modis. Magis ia-
gitur homo est communicariuus alteri q̄ quod-
cūq̄ aliud animal quod gregale videtur: vt grus
formica: & apis: Hoc ergo considerans Salomō
in ecclesiaste ait. Melius est esse duos q̄ vnum.
Habent enim emolumentum mutue societatis.
Si ergo naturale est homini q̄ in societate mul-
torum viuat necessē est in hominibus esse per qd̄
multitudo regatur. Multis enim existentibus
hominibus & vnoquoq̄ id quod est sibi con-

gruum prouidente multitudo in diuersa disper-
geretur; nisi etiam eēt aliquis de eo qd ad bonū
multitudinis pertinet curā habens; sicut & cor-
pus hominis & cutuſlibet animal' deflueret; nisi
eſſet aliqua viſ regitiua cōmunis in corpore que
ad bonum commune omnium membrorum in-
tēderet. Qd considerans salomon dicit; vbi non
eſt gubernator diſſipabitur populuſ. Hoc autē
rationabiliter accidit. Nō em idē eſt qd propriū
& quod cōe. Secundū propria quidē differunt;
ſcdm autē cōe vniunt. diuerſorum autē diuerſa
ſunt cauſa. Oportet igit pter id qd mouet ad p-
prium bonum vniuſcuſq; eſſe aliquid qd mo-
uet ad bonum cōmune multorū. Propter qd &
in omnibus quæ in vnum ordinantur aliquid in-
uenitur alterius regitiuum. In vniuerſitate enim
corporum per primum corpus. ſ. cæleſte alia cor-
pora ordine quodam diuinę prouidentię regun-
tur; omniaq; corpora per creaturā rationālē. In
vno etiam homine anima regit corp⁹; atq; inter
animæ partes iraciſcibilis & concupiſcibilis ratioē
reguntur. Itemq; inter membra corporis; vnū
eſt principale quod omnia mouet aut cor aut ca-
put. Oportet igitur eſſe in omni multitudo ali-
quod regitiuum. Contingit autem in quibuſdā
quæ ordinantur ad finem & recte & non recte p-

cedere. Quare & in regimine multitudinis & re-
ctum & non rectum inuenitur. Recte autem di-
rigitur vnumquodq; quando ad finem cōueni-
entem deducitur; non recte autem quando ad fi-
nem non conuenientem. Alius autem eſt finis
conueniens multitudini liberorum & ſeruorum
Nam liber eſt qui ſui cauſa eſt; ſeruus autem eſt
qui id quod eſt alteri⁹ eſt. Si igitur liberorū multi-
tudo a regente ad bonum commune multitudi-
nis ordinetur erit regimen rectum & iuſtum; qua-
le conuenit liberis. Si vero non ad bonū commu-
ne multitudinis ſed ad bonum priuatum regen-
tis regimen ordinetur erit regimē iniuſtum atq;
peruerſum. Vnde & dñs talibus rectoribus com-
minatur per Ezechielem dicens. Veh paſtorib⁹
qui paſcebant ſemetipſos quaſi ſua propria com-
moda querentes. Nōne greges a paſtoribus paſ-
cuntur? Bonum ſiquidem gregis paſtores quæ-
rete debent; & rectores quilibet bonum multitu-
dinis ſibi ſubiectę. Si igitur regimen iniuſtum p-
vnum tantum fiat qui ſua commoda ex regimi-
ne quærat; non autem bonum multitudinis ſibi
ſubiectę; talis rector tyrannus vocatur nomine
a fortitudine deriuato; quia ſcilicet per potētā
opprimūt; non per iuſtitiam regit. Vnde & apud
antiquos potentes quicq; tyranni vocabantur. Si

Vnde & apud antiquos potentes quique tyranni vocabantur. Si vero iniustum regimen non per unum fiat sed per plures si quidem per paucos oligarchia vocatur. id est principatus paucorum quando. scilicet pauci propter diuitias opprimunt plebem sola pluralitate a tyranno differentes. Si vero iniustum regimen exerceatur per multos democratia nuncupatur. id est potentatus populi quando. scilicet populus plebeiorum per potentiam multitudinis opprimit diuites. Sic enim & populus totus erit quasi unus tyrannus. Similiter autem & iustum regimen distingui oportet. Si enim administratur per aliamquam multitudinem communi nomine politia vocatur. utpote cum multitudo bellatorum in ciuitate vel prouincia dominatur. Si vero administratur per paucos. virtuosos autem. hominum regimen aristocratia vocatur. id est potentatus optimus vel optimorum qui propterea optimates dicuntur. Si vero iustum regimen ad unum tantum pertinet ille proprie rex vocatur. Vnde dominus per Ezechiel. dicit. Seruus meus dauid rex super omnes erit & pastor vnus erit omnium eorum. Ex quo manifeste ostenditur quod de ratione regis est quod sit vnus qui praesit: & quod sit pastor commune multitudinis bonum: & non suum commodum quaerens. Cum autem homini compe-

tat in multitudine viuere: quia sibi non sufficit ad necessaria vitae si solitarius maneat: oportet quod tanto sit perfectior multitudinis societas quanto magis per se sufficiens erit ad necessaria vitae. Habetur siquidem aliqua vitae sufficiencia in vna familia domus vnus: quantum. scilicet ad naturales actus nutritionis & prolis generandae & aliorum hominum: in vno autem dico quantum ad ea quae ad vnum artificium pertinent. in ciuitate vero quae est perfecta communitas quantum ad omnia necessaria vitae: sed adhuc magis in prouincia vna propter necessitatem compugnationis & militum auxilii contra hostes. Vnde qui perfectam communitatem regit id est ciuitatem vel prouinciā autonomasice rex vocatur. Qui autem domum regit non rex sed paterfamilias dicitur. Habet tamen aliquam similitudinem regis: propter quam aliquando reges populorum patres vocantur. Ex dictis igitur patet quod rex est qui vnus multitudinem ciuitatis vel prouinciā & propter bonum commune regit. Vnde Salomon in ecclesiāste dicit. Vniuersae terrae Rex imperat seruienti.

Quod vtilius est multitudinem hominum simul viuentium regi per vnum quam per plures. CA. II.

His autē præmissis regere oportet quidam
 puicē vel ciuitati magis expedit: vtrū
 pluribus regi an vno. Hoc autem con-
 siderari potest ex ipso fine regiminis. Ad hoc em̄
 cuiuslibet regētis fieri debet intentio: vt eius qd
 regendum suscipit salutē procuret. Gubernato-
 ris enim est nauem cōtra maris pericula seruādo
 illeam pducere ad portū salutis. Bonū autē & sa-
 lus confociate multitudinis est: vt ei⁹ vnitas cō-
 seruetur quę dicitur pax. Qua remota socialis vi-
 tæ perit vtilitas; quinimmo multitudo dissenti-
 ens sibi ipsi fit onerosa. ¶ Hoc igitur est ad quod
 maxime rector multitudinis intendere debet: vt
 pacis vnitatem procuret. Nec recte consiliatur
 an pacem faciat in multitudine sibi subiecta si-
 cut nec medicus an sanet infirmum sibi commis-
 sum. Nullus enim consilium debet de fine quem
 intendere debet: sed de iis quę sunt ad finem. Pro-
 pterea apostolus commēdata fidelis populi vni-
 tate solliciti inquit sitis seruare vnitatem spirit⁹
 in vinculo pacis. Quanto igitur regimen effica-
 cius fuerit ad vnitatem pacis seruandum tanto
 erit vtilius. Hoc enim vtilius dicimus quod ma-
 gis perducit ad finem. Manifestum est autem qd
 vnitatem magis efficere potest quod est per se
 vnum q̄ plures. Sicut efficacissima causa est cale-

factionis quod est per se calidū. Vtilius igitur est
 regimen vnius q̄ plurium. ¶ Amplius manifestū
 est qd plures multitudinem nullo modo conser-
 uarent si omnino dissentirent. Requiritur enim
 in pluribus quædam vnio ad hoc qd quoquo mo-
 do regere possint: quia nec multi nauem in vnā
 partem traherent: nisi aliquo modo coniuncti.
 Vniti autem dicuntur plura per appropinquati-
 onem ad vnum: melius igitur regit vnus q̄ plu-
 res ex eo qd appropinquant ad vnū. ¶ Adhuc ea
 quę sunt ad naturam optime se habent. In singu-
 lis enim operatur natura quod optimū est. Oma-
 ne autem naturale regimen ab vno est. In mem-
 brorum enim multitudine vnū est; quod omnia
 mouet scilicet cor & ī partib⁹ animæ vna vis pri-
 cipaliter præsidet: scilicet ratio. Est etiam apibus
 vnus rex: & in toto vniuerso vnus de⁹ factor om-
 nium: & rector: & hoc rationabiliter. Omnis em̄
 multitudo deriuat ab vno. Quare si ea quę sūt
 secundum artem imitantur ea quę sunt secun-
 dum naturam & tanto magis opus artis est me-
 lius q̄to magis assequitur similitudinem eius qd
 est in natura: necesse est qd in humana multitudine
 optimum sit qd per vnum regatur. ¶ Hoc
 etiā experimentis apparet. Nam prouinciæ vel
 ciuitates quę non reguntur ab vno; dissensionē

bus laborāt & absq̄ pace fluctuant: vt videatur adimpleri quod dominus per prophetam con- queritur dicens, Pastores multi demoliti sunt vi- neam meam. Econtrario vero prouinciae & ciui- tates quae sub vno rege reguntur pace gaudent iustitia florent: & affluentia rerum letantur. Vnde dominus pro magno munere p̄ prophetas po- pulo suo promittit q̄ poneret sibi caput vnum & q̄ princeps vnus erit in medio eorum.

¶ Q̄ sicut dominium vnus optimum est: quan- do est iustum ita oppositum eius est pessimum: probaturq̄ multis rationibus & argumentis.

CA .III.

Sicut autem regimen regis est optimum ita regimen tyranni est pessimum. Op- ponitur autem politica quidem demo- cratia. Vtūq̄ enim sicut ex dictis apparet est re- gimen qd̄ p̄ plures exercet. Aristocratie vero oli- garchia. Vtūq̄ enim exercetur per paucos. Re- gnum autem tyrānidū. Vtrunq̄ enim per vnum exercetur. Q̄ autem regnum sit optimum regi- men: ostensum est prius. Si igitur optimo oppo- nitur pessimum: necesse est q̄ tyrannus sit pes- simus. ¶ Adhuc virtus vnita magis est efficax ad effectum inducendum q̄ dispersa vel diuisa. Multi enim congregati simul trahunt quod dia-

uis per partes singulariter a singulis trahi non possit. Sic igitur vt vtili⁹ est virtutem operantem ad bonum esse magis vnam vt sit virtuosior ad operandum bonū ita magis est nocuum si virtus operans malum sit vna q̄ diuisa. Virtus autem iniuste praesidentis operatur ad malum multitu- dinis: dum commune bonū multitudinis in sui ipsi⁹ bonū tantū retorquet. Sicut igitur in regi- mine iusto quanto regens est magis vnum tan- to est vtilius regimen: vt regnum melius est q̄ Aristocratia. Aristocratia vero q̄ politica: ita eō- uerso erit & in iniusto regimine: vt vdelicet q̄to regens est magis vnum tanto magis sit nociuū. Magis igitur est nocua tyrannis q̄ oligarchia: Oligarchia autem q̄ democratia. ¶ Amplius per hoc regimen fit iniustum q̄ spreto bono commu- ni multitudinis quaeritur bonū priuatum regen- tis. Quanto igitur magis receditur a bono com- muni: tanto est regimē magis iniustum. Plus au- tem receditur a bono communi in oligarchia in qua quaeritur bonū paucorū q̄ in democratia in qua quaerit bonū multorū. Et adhuc plus recedit a bono cōi tyrānidē i q̄ q̄rit bonū tū vnū. Om- ni. n. vniuersitati p̄ping⁹ ē multū q̄ paucū: & pau- cū q̄ vnū solū. Regimē igitur tyrāni ē iniustissimū. ¶ Sicut autem manifestū sit cōsiderātib⁹ diuinā

prudētia ordinem: quæ vniuersa disponit. Nam bonū puenit ī reb⁹ ex vna causa perfecta: quasi omib⁹ adunatis quæ ad bonum iuuare pnt: malū autē sigillatim ex singularibus defectibus. Nō em̄ est pulchritudo in corpore: nisi omnia mēbra sue sint decēter disposita. Turpitudine autem contigit quodcūq; mēbrum indecenter se habeat. Et sic turpitudine ex plurib⁹ causis diuersimode prouenit: pulchritudo autē vnomodo ex vna causa perfecta. Et sic est in omnibus bonis & malis: tanq̄ hoc deo prouidente vt bonum ex vna causa sit forti⁹: malum autē ex pluribus causis sit debili⁹. Expedi igitur vt regimen iustū sit vnius tm̄ ad hoc vt sit forti⁹: Q; si in iniustitiam declinat regimen: expedit magis: vt sit multorum vt sit debili⁹ & se inuicē impediāt. Inter iniusta igitur regimina tolerabilius est democratia: pessimū vero tyrānis. Idem etiam maxime appet si quis cōsideret mala quæ ex tyrānis proueniūt: quia cū tyrannus cōrepto cōi bono quærat priuatū: consequens est vt subditos diuersimode grauet: sicut diuersis passionib⁹ subiacet ab bona aliqua affectada. Qui em̄ passioē cupiditatis detinetur bona subditorum rapit. Vnde Salomon. Rex iust⁹ erigit terram: vir auar⁹ destruet eam Si vero ita cūctia passioni subiaceat: pro nihilo sanguinem

fundit. Vnde per Eze. xx. dicitur. Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes prædam ad esā fundēdum sāguinē. Hoc igitur regimē fugiēdū esse sapiēs monet dicēs. Lōge esto ab homine potestāte habente occidendi: quianō. s. p iustitia: sed p prære occidit p libidine volūtatis. Sic igitur nulla erat securitas: sed oīa sunt incerta cum a iure disceditur: nec firmari quicq; potest: quod positum est in alterius voluntate ne dicam libidine. Nec solum in corporalibus subditos grauat: sed etiam spiritualia eorum bona impedit: quia qui plus præse appetunt q̄ prodesse: omnem profectum subditorum impediunt suspicantes omnē subditorum excellentiam suę iniquę dominationis præiudicium esse. Tyrannis em̄ magis boni q̄ mali suspecti sunt: semperq; his aliena virtus formidolosa est. Conantur igitur prædicti tyranni ne ipsorum subditi virtuosū effectū magnanimitatis concipiant spiritum & eorum iniquam dominationem non ferant: ne inter subditos amicitia: scdus firmetur & pacis emolumento adinvicem gaudeant: vt sic diuinus de altero non cōfidit: contra eorum dominūm aliquid moliri nō possint. Propter qd̄ inter ipsos discordias semināt exortas nutriūt: & ea quæ ad fœderationē hominū p̄tinēt vt cōiubia: & cōiuiua prohibēt: & cætera

hmoī p qua: inter homines solet familiaritas & fiducia generari. Conātur etiā ne potentes aut diuites fiant: quia de subditis scdm suā malitiā conscientiam suspicantes sicut ipsi potētia & diuitiis ad nocendū vtunt: ita timent ne potentia subditorū & diuitiā eis nociuā reddant. Vnde & Iob. xv. de tyrāno dicitur. Sonitus terroris semper in aurib⁹ eius: & cū pax sit. nullo. s. malū eis ītentante ille sēp Insidias suspicat. ¶ Ex hoc autē cōingit vt dū p̄sidentes qui subditos ad virtutes inducere deberēt: virtuti subditorū nequiter inuidēt: & eam pro posse impediūt: sub tyrānis pauci virtuosi inueniant. Nā iuxta sniam philosophi apud illos inueniuntur fortes viri: apud quos fortissimi q̄ honorāt. Et vt Tullius dicit. lacēt sēp & partū vigēt q̄ apud quosq̄ improbant. ¶ Naturale etiā est vt hoīes sub timore nutriti in seruili degenerēt aīum: & pusillanimes fiāt ad oē virtutē op⁹ & strēnuū. Qd̄ experimēto patet in puīciis quē diu sub tyrānis fuerunt. Vnde Ap̄ls ad coloseles. iiii. dicit. Patres nolite ad indignationē p̄uocare filios vros: ne pusillo aīo fiant. ¶ Hęc igit̄ nocumēta tyrānidis rex Salomō cōsiderās dicit Regnantibus impiis ruīnē hominū: q̄. s. p̄ nequitiam tyrannorū subiecti a virtutum p̄fectione deficiunt. Et iterū dicit. Cū impii sumpserint prin-

cipatum gemet populus: quasi sub seruitute ductus. Et iterū. Cum surrexerint impii abscondētur homines: vt tyrānorū crudelitatem euadant. Nec est mirū quia homo absq̄ ratione scdm anīmē suā libidinem p̄siciens: nihil differt a bestia. Vnde salomon. Leo rugiēs: & vrsus esuriens p̄iceps impi⁹ super populum pauperem. Et ideo a tyrannis se abscondunt homines sicut a crudelibus bestiis. Idemq̄ videtur tyranno subiici: & bestia sequenti subferri.

¶ Quomodo variatum ē dñitū apud Romanos et q̄ interdū apud eos magis aucta est respu. ex dominio plurium. CAP. llll.



Via igitur optimū & pessimum consistunt in monarchia. i. principatu vnius multis quidem propter tyrānorum maliciam red ditor regīa dignitas odiosa. Quidam vero dum regimen regis desiderant incidunt in sequitias tyrannorū rectoresq̄ q̄ plures tyranni dē exercent sub pretextu regīa dignitatis. Horum quidem exemplum euidenter apparet in Romana republica. Regibus enim a populo romano expulsis dū regitū vel potius tyrānicū fastū ferre nō possent: instituerūt sibi consules & alios magistrat⁹ p̄ quos regi cōperūt et dirigi regnū ī aristō-

cratiam commutare volentes. Et sicut refert Sa-
lustius: incredibile est memoratu quantum ade-
pta libertate in breui Romana ciuitas creuerit.
Placitum namque contingit vt homines sub rege
vuentes segnius ad bonum commune nitantur
vtpote extimantes id quod ad commune bonum
impendunt non sibiipsis conferre sed alteri sub cu-
lus potestate vident esse bona communia. Cum
vero bonum commune non vident esse in pote-
state vnus: non attendunt ad bonum commu-
ne quasi ad id quod est alterius: sed quilibet at-
tendit ad illud quasi suum: Vnde experimēto vi-
detur quod vna ciuitas per annuos rectores admistra-
ta plus potest interdum quam rex aliquis si haberet tres
vel quattuor ciuitates. Paruaque seruitia exacta
a regibus grauius ferunt quam magna onera si a com-
munitate ciuium imponantur. Quod in promotio-
ne romanae reipublice seruatum fuit. Nam plebs
ad militiam scribatur: & pro militariibus stipen-
dia exoluebant: & cum stipendiis exolendis non
sufficeret commune erarium in vsus publicos o-
pes venire priuata: adeo vt praeter singulos annu-
los aureos singulasque bullas quae erant dignitatis
insignia: nihil sibi auri ipse et senatus reliquit. Sed
cum dissensionibus fatigabat continuus quod vsque ad bella
ciuilia excreuerunt: quibus bellis ciuilibus eis libertas
ad quam multum studuerat de manibus erepta est: & sub

potestate Imperatorum esse coeperunt qui se re-
ges a principio appellari noluerunt: quia roma-
nis fuerat nomen regium odiosum. Quorum autem
quidam more regio bonum commune fideliter pro-
curauerunt per quorum studium romana respu-
blica. & aucta & conseruata est. Plurimi vero eorum
in subditos quidem tyranni ad hostes vero esse
acti desides & imbecilles. ro. tempu. ad nihilum re-
degerunt. Similis etiam processus fuit in popu-
lo hebraeorum. Primo quidem dum sub iudicibus
regebantur: vndeque diripiebantur ab hostibus. Nam
vnusquisque quod bonum erat in oculis suis hoc fa-
ciebat. Regibus vero eis diuinitus datis ad eorum
instantiam propter regum maliciam a cultu vnus
dei recesserunt: & finaliter ducti sunt in capti-
uitatem. Vtrinque igitur pericula imminet siue
dum timetur tyrannus euitetur regis optimum
dominium: siue dum hoc consideratur potestas
regia in maliciam tyrannicam conuertatur.

¶ Quod in dno plurius magis sepe contigit dno ty-
rannico quam ex dno vno & id regimē vno melius est.

CA. V.

Cum autem inter duo ex quorum vtroque pericu-
lum imminet: eligere oportet: illud potius
malum eligendum est ex quo sequitur minus
malum. Ex monarchia autem si in tyrannidem con-

uertatur minus malum sequitur q̄ ex regimine plurium optimatū quando corrumpitur. Dissensio em̄ que plurimum sequitur ex regimine plurium contrariatur bono pacis qd̄ est p̄cipuum in multitudine sociali: qd̄ quidem bonum per tyrānidem nō tollitur: sed aliqua particularium hominū bona impediuntur nisi fuerit excessus tyrānidis: qd̄ in totam cōmunitatē deficiat. Magis igitur p̄oprandum est vnus regimen q̄ multorum: quis ex vtro p̄ sequant̄ pericula. Adhuc illud magis fugiendū videt̄: ex quo pluries seq̄ p̄nt magna picula. Frequēt̄ autē sequunt̄ maxima picula multitudinis ex multoꝝ regimīe q̄ ex regimine vnus. Plurumq̄ em̄ contingit vt ex pluribus aliis quis ab intentione communis boni deficiat q̄ vnus tantum. Quicumq̄ autē ex pluribus p̄sidentibus diuerat ab intentione communis boni dissensionibus periculum in subditorū multitudine iminet: q̄a dissentiētib⁹ principib⁹: consequēs ē vt in multitudine sequat̄ dissensio. Si vero vnus p̄sit plerūq̄ qd̄ ad bonū cōe respicit: aut si a bono cōi intētiōem auertat. n̄ statim sequitur vt ad subditorū depressionē itēdat. qd̄ ē excessus tyrānidis: & in malitia regimīs maximū gradū tenēs: vt supra ostensū ē. magis igit̄ sūt fugienda picula que p̄oueniunt ex regimine plurium: q̄ ea q̄

proueniunt ex gubernatione vnus. Amplius nō minus cōtingit in tyrānidē verti regimē multoꝝ q̄ vni⁹. sed forte frequētius. Exorta nāq̄ dissensionē p̄ regimē plurium contingit sepe vnus alios superare & sibi soli multitudinis dominium vsurpare. Qd̄ qd̄ ex his q̄ p̄ t̄p̄ fuerūt maifeste inspicī pōt. Nā fere oīum multoꝝ regimē ē in tyrānidē terminatū: vt in rōana rep. manifeste appet. Que dū diu p̄ plures magistratus administrata fuisset exortis simulatibus dissensionib⁹ & bellis ciuilibus incredulissimos tyrānos icidebat. & vnuerfalt̄ si quis p̄terita facta & que nūc sūt diligenter consideret plures inueniet exercuisse tyrānidem in terris que per multos reguntur q̄ in illis que gubernant per vnus. Si igitur regimen qd̄ est optimū regimen maxie vitādū videat̄ p̄pter tyrānidē: tyrānis autē nō min⁹ sed magis cōtingere solet in regimine plurium q̄ vni⁹. terelinquit̄ simplt̄ magis eē expediēs sub rege vno viuere q̄ sub regē plurium.

CCōclusio q̄ regimē vni⁹ simplt̄ sit optimū: ostendit̄: qualis multitudine se debz h̄re circa ipm. q̄a auferēda ē ei occasio ne tyrānizet: & q̄ etiā i hoc ē tolerād⁹ p̄pter maius malū vitādū. CA. VI.

Via ergo vnus regimē p̄aeligendum est: quod est optimum: & contingit ipsū in tyrannidem conuerti: qd̄ est pessimū vt ex dictis patet: laborādū ē diligētī studio

vt sic multitudinē prouideatur de Rege vt non
 incidant in tyrannum. Primum autē est necessa-
 rium: vt talis conditionis homo ab illis: ad quos
 hoc spectat officium: promoueatur in regem: q̄
 non sit probabile in tyrannidem declinare. Vnde
 de Samuel dei prouinciam erga institutionem re-
 gis cōmendās ait pri. g. xiii. Quasiuit sibi domi-
 nus virum scdm̄ cor suum. Deinde sic disponen-
 da est regni gubernatio vt regi iam instituto ty-
 rannidis subtrahatur occasio. Simul etiam sic ei
 temperetur potestas: vt in tyrannidem de facili
 declinare non possit. Quæ quidem vt fiant in se-
 quentibus considerandum erit. Demum verocu-
 randum est si rex in tyrānidē diuerteret: qualiter
 posset occurrī. Et quidem si non fuerit excessus
 tyrannidis vt illi⁹ est remissam tyrannidem tole-
 rare ad tempus q̄ contra tyrannum agendo mul-
 tis implicari periculis: quæ sunt grauiora ipsa tyrā-
 nide. Potest em̄ contingere vt qui contra tyrannū
 agunt preualere non possint: & sic prouocet⁹ ty-
 rannus magis deficiat. Qz si p̄ualere quis possit
 aduersus tyrannum: ex hoc proueniunt multo-
 ens grauiissime diffensiones in populo: siue dum
 in tyrannum insurgitur: siue post deiectionem ty-
 rāni erga ordinationem regiminis multitudo se-
 paratur in partes. Contingit etiam vt interdū

dum alicuius auxilio multitudo expellit tyran-
 num ille potestate accepta tyrannidem arripit:
 & timens pati ab alio qd̄ ipse in alium fecit: graui-
 ori seruitute subditos opprimat. Sic em̄ in ty-
 rannide solet contingere: vt posterior grauior fi-
 at q̄ præcedens: dum præcedētia grauamina nō
 deserit: & etiam ipsa ex sui cordis malicia noua ex-
 cogitat. Vnde syracusis quondam dionysii mor-
 tem omnibus desiderantibus anus quædam vt
 incolumis & sibi superstes esset continue orabat
 Qd̄ vt tyrannus cognouit cur hoc faceret inter-
 rogauit. Tum illa: puella inquit existēs cum gra-
 uem tyrannum haberemus mortem eius cupē-
 bam quo interfecto aliquantulum durior ei suc-
 cessit. Bius quo p̄ dominationem finiri: magnū
 existimabam. Tertium te importuniorē habe-
 re: accepim⁹ rectorē. Ita q̄ si tu fueris absumpt⁹:
 deretior in locum tuum succedet. Et si sit intole-
 rabilis excessus tyrannidis: quibusdam visum fu-
 it: vt ad fortium virorum virtutem pertineat ty-
 rannum interimere: seq̄ pro liberatione multitu-
 dinis: exponere periculis mortis. Cuius rei exem-
 plum etiam in veteri testamento habetur. Nam
 aioch quidam eglo regem moab: qui graui serui-
 tute populum dei premebat sic infixa in eius fe-
 more interemit: & factus est populi iudex. Sed

De regimine Principum

hoc apostolice doctrine non congruit. Docet enim nos Petrus non bonis tantum & modestis; verum etiam discipulis dominis reuerenter subditos esse. ii. pe. ii. Hæc est enim gratia; si propter conscientiam dei sustineat quis tristitias patiens iniuste. Vnde cum multi Romæ imperatores fidem christi persequerentur tyrannica: magnaque multitudo tam nobilitatis quam populi esset ad fidem conuersa: non resistendo: sed mortem patienter & armati sustinentes pro christo laudantur: ut in sacra tebarum legione manifeste apparet. Magisque aiorh iudicandus est hostem interemisse quam populi rectorem licet tyrannum. Vnde & in veteri testamento leguntur occisi fuisse hi qui occiderunt Ioas regem iuda: quibus a cultu dei recedentem eorumque filii reseruatis secundum legis preceptum. Esse autem hoc multitudinibus periculosum & eius rectoribus si priuata presumptione aliqui attemptarent presidentium necem etiam tyrannorum. Plerumque enim homines periculis magis exponunt se mali quam boni. Malis autem solet esse graue dominum non minus regum quam tyrannorum: quia secundum suam Salomonis. Dissipat impios rex sapiens. Magis igitur ex huius presumptione immineret periculum multitudinibus de admissione regis: quam remedium de subtractione tyranni. Videretur autem magis contra tyrannorum sequitiam non priuata presumptione aliquorum: sed aucto

Liber. I. Fo. XIII.

ritate publica procedendum. Primo quidem si ad ius multitudinis alicuius pertineat sibi prouidere de rege non iniuste ab eadem rex instituitur potest destrui: vel refrenari eius præsens si potestate regia tyrannice abutatur. Nec putanda est talis multitudo infideliter agere tyrannum destituens etiam si eidem in perpetuum se ante subiecerat. Quia hoc ipse meruit in multitudinis regimine se non fideliter gerens: ut exigit regis officium: quod ei patetum a subditis non reseruetur. Sic Romani Tarquinium superbum: quem in regem susceperant: propter eius & filiorum tyrannidem a regno elecerunt substituta minori. consularia potestate. Sic etiam domitianus qui modestissimis imperatoribus Vespasiano patri & Tyto fratri eius successerat dum tyrannidem exercebat a senatu romano interemptus est omnibus: quæ peruersæ Romanis fecerat per se natus consultum iuste & salubriter in iritum reuocatis. Quo factum est: ut Beatus Ioannes euangelista dilectus dei discipulus qui per ipsum domitianum in pathmos insulam fuerat exilio relegatus ad ephesum per senatus consultum remitteretur. Si vero ad ius alicuius superioris pertineat multitudinis prouidere de rege. Expectandum est ab eo remedium contra tyranni nequitiam.

De regimine Principum

Sic archelaus in iudæa p herode patre suo regna
re iam cœperat: paternam malitiam imitâtiſ iu-
dejs contra eum querimoniam ad cæsarem augu-
stum deferentibus: primo quidem potestas dimi-
nuitur ablato sibi regio noſe & medietate regni
ſui inter duos fratres ſuos diuiſa . Deinde cū nec
ſic a tyrannide cōpeſceretur: a tyberio cæsare tele-
gatus eſt in exiliū apud Lugdunū galliæ: ciuiſatē
¶ **Q** si omnino cōtra tyrânū auxiliū humanū
haberi non poteſt: recurrentū eſt ad regem omni-
um deum qui eſt adiutor in oportunitatibus in
tribulatiōe. Eius em̄ potētīe ſub eſt vt cor tyrânī
cru dele cōuertat in māſuetudinē ſcđm Salomo-
nis ſniam: puer. xii. Cor regis in manu dei quocū-
q; voluerit inclinabit illud . Ipſe em̄ regis Aſſueri
cru delitātē q iudejs mortē pabat i māſuetudinē
vertit. Ipſe eſt q ita Nabuchodonosor crudelē re-
gem conuertit: q factus eſt diuinæ potētīæ præ-
dicator. Nuncigitur inquit ego nabuchodono-
ſor laudo & magnif. co & glorificoregē cœli: q
opera eius vera & viæ eius iudicia & gradientes
in ſuperbia poteſt humiliare. Daniel. iiii . Tyran-
nos vero quos reputat conuerſione indignos po-
teſt auferre de medio vel ad infimum ſtatum re-
ducere ſcđm illud ſapientis Ecclæſiaſtici. x.
Sedē ducum ſuperborū deſtruxit deus & ſedere

LIBER I. FO. XV.

fecit mites pro eis. Ipſe eſt enim qui videns affli-
ctionem populi ſui in egypto: & audiens eorum
clamorem Pharaonem tyrannum delecit cū ex-
ercitu ſuo in mare. Ipſe eſt qui memoratum Na-
buchodonosor prius ſuperbientem nō ſolum ele-
ctum de regni ſolio: ſed etiā de hominū confor-
tio in ſimilitudinem beſtiæ commutauit: ¶ Nec
enim abbreviata manus eius eſt: vt populū ſu-
um a tyrannīſ liberare non poſſit. Promittit em̄
populo ſuo per Eſaiam requiem ſe daturum a la-
bore: & cōcuſſione: ac ſeruitute dura qua ante ſer-
uierat. ¶ Et per Ezechielē trigefimoquarto dicit
Liberabo meū gregem de ore eorum. ſ. paſtorum
qui paſcūt ſeipſos. Sed vt hoc beneficium popu-
lus a deo conſequi mereatur debet a peccatis ceſ-
ſare: quia in vltionem peccati diuina permiſſio-
ne ipſi accipiūt p̄cipatū dicēte domino p Oſeā
.xlii. Dabo tibi regem in furore meo. Et in lob
.xxiiii. Dicis q regnare facit hoīem hypocritam
p̄p̄i peccat ap̄p̄i . Tollēda ē igit culpa vt ceſſet a
tyrannorum plaga .

¶ **H**ic q̄rit ſanct⁹ doctor qd p̄cipue mouere debe-
at regē ad regēdū: vtrū honor vel gloria & ponit
opiniones circa hoc quid ſit tenendū . CAP. VII



¶ **Q**uoniam autē ſcđm p̄dcā regis ē bonū mul-
titudinis querere: nimis v̄ oneroſū re-
gis offm̄ niſi ei aliquod proprium bonū

ex hoc proveniret. Oportet igitur considerare quale sit boni regis conveniens primum. Quibusdam igitur visum est: non esse aliud nisi honorem & gloriam. Unde & Tullius de re publica diffinit principem civitatis esse alendum gloria. Cuius rationem Aristoteles in libro ethicorum assignare videtur. Quia princeps cui non sufficit honor & gloria consequenter tyrannus efficitur. Inest enim animis omnium: ut proprium bonum quærant. Si ergo contentus non fuerit princeps gloria & honore quæret voluptates & divitias: & sic ad rapinas & subditorum iniurias conuertetur. Sed si hanc sententiam receperimus: plurimum sequitur inconvenientia. Primo namque hoc regibus dispendiosum esset: si tot labores & sollicitudines parerentur pro mercede tam fragili. Nihil enim videtur in rebus humanis fragilius gloria: & honore favoris hominum cum dependeat ex opinionibus hominum quibus nihil mutabilius in vita hominum. Et inde est quod Esaias propheta .xl. huiusmodi gloriam nominant florem fani. Deinde humana gloriae cupidus animi magnitudinem aufert. Qui enim favorem hominum quærere non est in omni eo quod dicit aut facit eorum voluntati deseruiat. Et sic dum placere homini

bus studet sit servus singulorum Propter quod & idem Tullius in libro de officiis: cavendam dicit esse gloriae cupidinem. Eripit enim animi libertatem pro qua magnanimus viris omnis debet esse contentio. Nihil autem principem qui ad bona peragenda instituitur magis decet: quam animi magnitudo. Est igitur incompetens regis officio humana gloriae premium. Simul etiam multitudini noctuum si tale premium statuatur principibus. Pertinet enim ad boni viri officium: ut contemnat gloriam: sicut alia temporalia bona. Virtuosi enim & fortis animi est pro iustitia committere gloriam sicut & vitam. Unde fit quiddam mirabile. Ut quia virtuosos actus sequitur gloria: ipsa gloria virtuosos contemnat: & ex contemptu gloriae homo gloriosus redatur: secundum sententiam Fabii dicentis. gloriam qui spreverit veram habebit. Et de Catone dixit Salustius. Quo minus petebat gloriam tanto magis assequabatur illam. Ipsius christi discipulus se sicut dei ministros exhibebat per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam. Non est igitur boni viri conveniens premium gloria: quia contentio boni. Si igitur hoc solum boni statuatur premium principibus: sequetur bonos viros

non assumere principatum aut si assumpserit im
 p̄m̄iatos esse. Amplius ex cupidine glorię pericu
 losa mala proueniunt. multi em̄ dum immodera
 te gloriã in rebus bellicis quarunt se ac suos p̄
 diderit exercitus: libertate patrię sub hostilē po
 testatē redacta. Vnde Torquatus romanus prin
 cept in exemplo huius vitandi discriminis: filiū
 qui contra imperium suum prouocatus ab hoste
 iuuēli ardore pugnavit: licet vicisset occidit: ne
 plus mali esset in p̄sumptionis exemplo q̄ vili
 tatis in gloria hostis occisi. Habet etiam cupi
 do gloriã aliud sibi familiare viciū: simulatio
 nem videlicet. quia em̄ difficile est paucisq̄ con
 tingit veras virtutes assequi: quibus solis honor
 debetur: multi gloriã cupientes virtutum si
 mulatores fiunt. Propter qđ sicut dicit Salustius
 Ambitio multos mortales falsos fieri coegit. Ali
 ud clausum in pectore aliud promptum habere
 in lingua: magisq̄ vultum q̄ ingenium habere.
 Sed & saluator noster eos qui bona opera faciūt:
 vt ab hominib⁹ videant: hypocritas. i. simulato
 res vocat. Sicut igitur periculosum est multitudi
 ni si princeps voluptates & diuitias q̄rat p̄ p̄mio
 vt raptor & cōtūelios⁹ fiat: ita p̄iculosū ē cū de
 tinet glorię p̄mio: ne p̄sumptuosus & simula
 tor existat. Sed quantum ex dictorum sapientū

Intentione apparet nō ea rōe honorem & gloriã
 pro p̄mio principi decreuerunt tanq̄ ad hoc p̄
 cipaliter ferri debeat boni regis intentio: sed quia
 tolerabilius est si gloriã querat: q̄ si pecuniã cu
 piat: vel voluptatem sequatur. Hoc em̄ vitium
 virtuti propinqui⁹ est: cum gloria quã homines
 cupiunt vt ait Augustinus nihil aliud sit q̄ iudi
 cium hominum bene de hominibus opinantiū.
 Cupido em̄ gloriã aliquod habet virtutis vesti
 gitum: dum saltem bonorum approbatiōem que
 rit & eis displicere recusat. Paucis igitur ad verã
 virtutem peruenientibus tolerabilius videtur: si
 p̄feratur ad regimen qui vel iudicium hominū
 metuens a malis manifestis retrahitur. Quatenim
 gloriã cupit: aut vera via per virtutis opera ni
 titur: vt ab hominibus approbetur: vel saltem do
 lis ad hoc contēdit atq̄ fallaciis. At qui domina
 ri desiderat si cupiditate gloriã carēs non timeat
 bene iudicantibus displicere: per apertissima sce
 lera querit plerūq̄ obtinere qđ diligit. Vnde bea
 tias sup̄at: siue crudelitatis: siue luxuriã viciis.
 Sicut in Nerone Cæsare patet: cuius vt Aug. di
 cit rãta luxuria fuit. vt nihil putaretur ab eo viri
 le metuendum: rãta crudelitas: vt nihil molle ha
 bere putaretur. Hoc autem satis exprimitur per
 id qđ Aristoteles de magnamino i ethicis dicit qđ

q̄ nō querit honorem & gloriā quasi aliquid māgnū qd̄ sit virtutis sufficiens p̄missū: sed nihil vltra hoc ab hominibus exigit. Hoc em̄ inter omnia terrena videt̄ esse p̄cipuū vt hominī ab hominibus testimoniū de virtute reddatur.

¶ Hic declarat sanctus doctor qualis est verus finis Regis q̄ mouere ipsum debet ad bene regendum.

CAP. VIII.



Voniā ergo mūdānus honor & hoīm gloria regis sollicitudinis nō est sufficiens p̄miū: Inquirēdū restat q̄le sit eidē sufficiens Est aut̄ cōueniēs vt rex p̄miū expectet a deo Minister. n. p̄ suo ministerio p̄miū expectat a dño ¶ Rex aut̄ populū gubernādo minister dei ē dicente apostolo Ro. xiii. q̄ omnis potestas a domino deo est & q̄ est dei minister vindex in iram ei qui male agit. Et in libro sapientiā reges dei esse ministri scribuntur. Debent igitur reges p̄ suo regimine p̄miū expectare a deo. Remunerat autem deus pro suo ministerio reges interdum temporalibus bonis. Sed talia p̄mia sunt bonis malisq̄ communia. Vnde dominus Ezechi. secūdo dicit Nabuchodonosor Rex babilonis, seruū te fecit exercitū suū seruū te magna aduer⁹ ty⁹ rū & merces nō est reddita ei: nec exercitū ei⁹ de tyro p̄ seruitute q̄ seruū sit mihi aduer⁹ eā; ca. l.

seruitute q̄ potestas scdm̄ apostolū dei minister ē vindex in irā ei q̄ male agit. Et postea de p̄mo subdidit. Propterea hęc dicit dñs de⁹. Ecce ego dabo nabuchodonosor regē babilōis in terra egypti & diripiet spolia eius & erit merces exercitū eius. Si ergo reges iniquos contra dei hostes pugnātes: licet nō intentione seruiendi deo: sed sua odia & cupiditates exequendi tāta mercede dñs remunerat vt de hostibus victoriā tribuat: regna subiciat: & spolia diripienda pponat: qd̄ faciet bonis regibus qui p̄ intentione dei populū regunt: & hostes impugnant: Non quidem terrenam: sed eternam mercedem eis promittit: nec iusto q̄ in se ipso: dicente Petro pastoribus populū dei primā Petri. xv. Pascite qui in vobis est grex domini: vt cum venerit princeps pastorum. scilicet rex regum christus: percipiatis immarcescibilem gloriā coronam: de qua dicit Esaias. xviii. Erit dominus seruū exultationis & diadema gloriā pp̄lo suo. Hoc autē ratione manifestat. ¶ Est enim mentibus omnium ratione vtētium inditum virtutis p̄miū beatitudinem esse. Virtus enim vniuscuiusq̄ rei describit quā bonū facit habentē & op⁹ ei⁹ bonū reddit. Ad hoc autē q̄s bñ ope rādo nitit̄ puenire qd̄ est maxie desiderio inditū. Hoc autem esse felicem quod nullus potest nō

velle: hoc igitur præmiū virtutis cōuenienter ex
 peccat: quod hoīem beatū facit. Si autē bene ope
 rari virtutis est op⁹. regis autē opus ē bene regere
 subditos: hoc etiā erit præmiū regis qd eū facit eē
 beatū. ¶ Quid autē hoc sit hinc cōsiderandū. qd
 Beatitudinem quidē dicimus vltimū desiderio
 rū finē. Neq; n. desiderii mor⁹ vsq; in infinitū p
 cedit. esset. n. inane naturale desiderii cū infinita
 ptransiri nō possint. ¶ Cū autē desiderii ū intelle
 ctual| naturā sit vniuersalis boni: hoc solū bonū
 vere beatū facere poterit quo adepto nullū bonū
 restat quod ampli⁹ desiderari possit. Vnde & be
 atitudo dicitur bonum pfectum quasi omnia de
 siderabilia in se comprehendens. Tale autem nō
 est aliquid bonū terrenum. Nam qui diuitias ha
 bent amplius habere desiderant. Et simile patet
 in ceteris. Et si ampliora nō quærunt desiderant
 tamen vt ea permaneant vel alia in locum eorū
 succedant Nihil enim permanens inuenitur in
 rebus terrenis. Nihil igitur terrenum est quod
 quietare desiderium possit. Neq; igitur terrenū
 aliquid beatum facere potest vt possit esse regis
 conueniens præmiū. ¶ Adhuc cuiuslibet rei si
 nalis perfectio: & bonum completum ab aliquo
 superiore dependet: quia & ipsa corporalia me
 liora redduntur ex adiunctione meliorum: pto

ra vero si deterioribus misceantur. Si enim argen
 to misceat aurum argentum fit melius quod ex
 plumbi admixtione impurum efficiē. Constat at
 terrena omnia esse infra mentem humanam: be
 atitudo autē est hominis finalis perfectio & bonū
 completum: ad qd omnes peruenire desiderant
 Nihil igitur terrenum est qd hominē possit bea
 tum facere: Nec igitur terrenū aliquid est præmi
 um regis sufficiens. Nō. n. vt Augustinus dicit
 christianos Principes quia diutius imperarūt vel
 impatores filios morte placida reliquerūt. vel ho
 stes reipub. dimiuerunt: vel ciues aduerfum se
 Insurgentes & cauere & opprimere potuerunt
 sed felices eos dicimus si iuste imperant: si ma
 lunt cupiditatibus potius q̄ gentibus quibuslibet
 imperare: si omnia faciunt non ppter ardorē
 inanis gloriæ: sed ppter charitatē felicitatē eter
 ne. Tales ipatores xpianos felices dicimus interi
 spe: postea re ipsa futuros: cū id qd expectam⁹ ad
 uenerit. Sed nec aliquid aliud creatū ē qd beatū
 hoīem faciat et possit regi decerni p pmo. Tēdit
 .n. vnus cuiusq; rei desiderii in suū picipiū a quo
 eē suū picipiū causat. Causa vero mētis hūanæ
 non est aliud q̄ deus: q̄ eā ad suam imaginem fa
 cit. Solus igitur deus est q̄ hoīs desiderii gerare po
 test & facere hoīem beatū: & eē regi cōueniens p

miū, Ampli⁹ mēs hūana vniuersalis boni cognof-
 citiua est per intellectum & desideratiua per volū-
 tatem. Bonum autem vniuersale non inuenitur
 nisi in deo. Nihil ergo est qđ possit hominem bea-
 tum facere eius implendo desiderium: nisi deus;
 de quo dicitur in psalmo, Qui replet in bonis des-
 iderium suū. In hoc ergo rex suum prēmium sta-
 tuere debet. Hoc igit⁹ considerās Dauid rex dice-
 bat. Quid mihi ē in cælo: & a te quid volui sup-
 terram! Cui quæstioni postea respondens subiun-
 git. Mihi autem adherere deo bonum est. & pone-
 re in domino deo spem meam. Ipse em̄ est qui dat
 salutem regibus non solum temporalem qua cō-
 muniter saluat homines: & iumēta. sed etiam eā
 de qua per Esaiam. ii. dicit. Salus autem mea in
 sempiternū erit: qua homines saluat eos ad equa-
 litatem angelorum perducens. Sic igitur verifi-
 cari pōt: qđ regis præmiū ē honor & gloria. Quis
 enim mundanus & caducus honor huic honori
 similis esse potest. vt homo sit ciuis & domestic⁹
 dei: & inter dei filios computat⁹: & hereditatem
 regni cęlestis assequatur cum christo. Hic est ho-
 nor quem concupiscens & admirans rex Dauid
 dicebat. Nimis honorari sūt amici tui de⁹. Quæ-
 tusup in hūana laudis gloria huic cōparari pōt
 quā non fallax blandientium lingua: nō decepta

hominū opinio profert: sed ex interioris conscien-
 tię testimonio producit: & dei testimonio confir-
 matur: qui suis cōfessoribus repromittit: qđ confi-
 teat⁹ eos in gloria patris coram angelis dei! Quī
 autem hanc gloriam quarunt eam inueniunt &
 quā non quarunt gloriam hominū consequun-
 tur. exemplo Salomonis qui non solum sapientiā
 quam quęsiuit accepit a domino. sed factus est su-
 per reges alios gloriosus.

Hic declarat sanctus doctor qđ p̄miū regni
 & principum tenet supremum gradum in bea-
 titudine cęlesti: & hoc multis rationibus ostendit
 tur & exemplis.

CA. IX




Considerādū autē restat vltim⁹ qđ & em̄
 nētē obtinebūt cęlestis britudinis gra-
 dū qđ officiiū regū digne & laudabil⁹ ex-
 equatur. Si em̄ britudo virtutis ē p̄miū: cōsequēs
 est vt maiori virtuti maior grad⁹ britudinis debe-
 atur. Est autē p̄cipua virt⁹ qua hō aliqđ n̄ solū seip-
 sum: sed etiā alios dirigit potest: & tanto magis
 quāto pluriū ē regit⁹. Quia & fm virtutē corpo-
 ralē tāto aliqđ virtuosior reputat⁹: q̄to plures vin-
 cere pōt: aut pōdera plura leuare, sic igit⁹ maior vir-
 t⁹. regit⁹ ad regēdū dōesticā familiā q̄ ad regēdū se-
 ipsū. multoq; maior ad regimē ciuitatis & regni. est igit⁹
 excellentis virtutis bñ regū offm̄ exercet. debet

Igitur ei excellens in beatitudine premium. Ad huc in omnibus artibus & potentis laudabiliores sunt qui alios bene regunt qui secundum alienam directionem bene se habent. In speculatiuis enim malus est eritatem a liis docendo tradere quod ab aliis docetur capere posse. In artificijs etiam malus extimatur maiorque conducitur precio architector qui edificium disponit quam artifex qui secundum eius dispositionem manualiter operatur. Et in rebus bellicis maiorem gloriam de victoria sequitur prudentia ducis quam militis fortitudo. Sic autem se habet rector multitudinis in his quae a singulis secundum virtutem sunt agenda: sicut doctor in disciplinis & architector in edificijs & dux in bellis. Est igitur rex maiori precio dignus si bene subiectos gubernauerit: quam aliquis subditorum si sub rege bene se habuerit. Amplius si virtutis est per eam operum hominum bonum red datur maioris virtutis esse videtur quod maius bonum per eam aliquis operetur. Malus autem & diuinius est bonum multitudinis quam bonum unius: unde interdum malum unius sustinetur si in bonum multitudinis cedat: sicut occidit latro ut pax multitudinibus detur. Et ipse deus mala esse in mundo non sineret: nisi ex eis bona eliceret ad utilitatem & pulchritudinem uniuersi. Pertinet autem ad regis officium ut bonum multitudinis studiose procuret.

Malus igitur premium debetur regi pro bono regimine quam subito pro bona actione. Hoc autem manifestius fiet si quis magis in speciali consideret. Laudatur enim ab hominibus quaeuis priuata persona: & ei a deo computatur in premium si egerit subueniat: si discordes pacificet: si oppressum a potentiore eripiat. Denique si alicui qualitercumque opem vel consilium conferat ad salutem. Quanto igitur magis laudandus est ab hominibus & premissandus a deo qui totam prouinciam facit pacem gaudere: violentias cohibet: iustitiam seruat: & disponit quid sit agendum ab hominibus suis legibus & praecipis. Hinc etiam magnitudo regiae virtutis apparet quod praecipue dei similitudinem gerit dum agit in regno quod deus in mundo. Unde & in exodo. xxii. iudices multitudinis diu vocantur. Imperatores etiam a pud Romanos diu vocabantur. Tanto autem est aliquid deo acceptius quanto magis ad eius imitationem accedit. Unde & apostolus monet ad ephes. v. estote imitatores dei sicut filii charissimi. Sed si secundum sapientis sententiam: omne animal diligit simile sibi: secundum quod causa: aliquantulum similitudinem habent causari. Consequens igitur est bonos reges deo esse acceptissimos: & ab eo maxime praemiandos. Simul etiam ut gregorijs verbis utatur, Quid est tempestas maris; nisi tempestas

mentis: Quiescit autem mari recte nauem etiam
 imperitus dirigit: turbato autem mari tempesta
 tis fluctibus etiam peritus nauta confundit. Vñ
 et plerumq; in occupatione regiminis ipse quoq;
 boni operis vsus perdit qui in tranquillitate tene
 batur. Valde em̄ difficile est si vt Aug. dicit inter
 linguas sublimantium & honorantium: & obse
 qua nimis humiliter salutantium nō extollitur:
 sed se hoies esse meminerint. Et in eccl̄astico. xlii
 br̄s dicit vir qui post aurū abijt: nec sperauit
 in pecūia thesauris. Qui potuit ipse trāsgredi
 & non est trāsgressus: & facere mala & non fecit.
 Ex quo quasi in virtutis opere probatus inuenit
 fidelis. Vnde s̄m Biātis prouerbiū. Principat⁹
 virum ostendit: Multi em̄ ad principatus culmē
 peruenientes a virtute deficiunt: qui dum in sta
 tu essent infimo virtuosos videbantur. Ipsa igitur
 difficultas q̄ principib⁹ iminet ad bñ agendū eos
 facit maiori p̄mio dignos. Et si aliqui p̄i. f̄ r̄mita
 tē peccauerint: apud hoies excusabiliores reddūt
 & facilius a deo veniā promerent: si tñ vt Augu.
 ait pro suis peccatis humilitatis: & miserationis:
 & orationis sacrificiū deo suo vero imolare non
 negligunt. In cui⁹ rei exemplū de Achab rege isra
 el: qui multum peccauerat: dominus ad helyam
 dixit. Quia humiliatus est mei cā: non inducam

hoc malū in diebus suis. Nō solū autē ratione offi
 ditur: q̄ regibus excellēs p̄mium debeat: sed
 etiā auctoritate diuina firmat. Dicit em̄ in zach.
 xii. q̄ in illa britudinis die q̄ erit domin⁹ p̄ctor
 habitatib⁹ in Hierusalē. i. in visioe pacis et tene:
 alioq; dom⁹ erūt sicut domus dauid: q̄. s̄. oēs re
 ges erūt. & regnabūt cū xp̄o sicut mēbra cū capite
 te: sed dom⁹ dauid erit: sicut dom⁹ dei q̄ sicut re
 gendo fideliter dei officij gessit in populo: ita in
 p̄mio deo propinquus erit & in h̄rebit. Hoc ē
 fuit apud gētiles aliquāliter somniatum: dum ci
 uitatum rectores atq; seruatores in deos transfor
 mari putabant.

Quo rex & princeps studere debet ad bonum re
 gimen p̄pt bonum sui ipsius & vtile qd̄ inde seq̄
 cui⁹ contrariū sequitur regimē tyrānicū. CA. X.

 Vñ regib⁹ tā grāde in cælesti britudie
 p̄miū proponat: si bñ in cælesti britudie
 buerit: diligēt cura seipos obfuarē de
 bent ne in tyrannidem cōuertātur. Nihil em̄ eis
 acceptabilis esse debet: q̄ q̄ ex honore regio quo
 sublimantur in terris: in cælestis regni gloriā
 transferantur. Errat vero tyrāni qui p̄pter quedā
 tērena cōmoda iustitiā deserūt: q̄ tāto priuāt p̄
 mio: qd̄ adipisci poterunt iuste f̄gēdo. q̄ aut̄ stol
 tū sit p̄ hmōi p̄uls & tp̄alib⁹ bōis maxia & semp̄

De regimine Principum

terna perdere bona nullus nisi stultus aut infidelis ignorat. Ad addendum est etiam quod hæc reposita commoda propter quæ tyranni iusticiam deserunt magis ad lucrum proueniunt regibus: dum iusticiam seruāt. Primo namque inter mundana omnia nihil est: quod amicitie digne preferendum videatur. Ipsa namque est que virtuosos in vnum conciliat: virtutem conseruat atque promouet. Ipsa est qua omnes indigent in quibuscumque negotiis pagendis quæ nec prosperis inopportune se ingerit: nec deserit in aduersis. Ipsa est quæ maximas delectationes affert: in tantum ut quæcumque delectabilia in redium sine amicis vertantur. Quælibet autem aspera facilia & prope nulla facit amor. Nec est alicuius tyranni tanta crudelitas ut amicitia non delectetur. Dionysius enim quondam Syracusanorum tyrannus cum duorum amicorum qui Damon & Pythias dicebantur alterum occidere vellent is qui occidendus erat inducias impetrasset ut domum profectus res suas ordinaret: Alter vero amicorum sese tyrano obfidem pro eius reditu dedit. Appropinquante autem promisso die: nec illo redeunte: vnusquisque fideiussores stultitiam arguebat. At ille nihil se metuere de amicitia stantia prædicabat. Eadem autem hora qua fuerat occidendus rediit. Admirans autem amborum ani-

LIBER. I. FO. XXIII.

mi tyrannus supplicium propter fidem amicitie remisit insuper rogans ut eum tertium reciperet in amicitie gradu. Hoc autem amicitie bonum quibus desiderant tyranni consequi tamē non possunt. Dum enim commune bonum non querunt sed proprium: fit parua vel nulla communio eorum ad subditos. Omnibus autem amicitia supraliqua comunione firmata. Eos enim qui conueniunt vel per naturam originem: vel per morum similitudinem: vel per cuiuscumque societatis comunione videmus amicitia coniungi. Parua igitur vel potius nulla est amicitia tyranni & subditi. Simulque dum subditi per tyrannicam iniusticiam opprimuntur: & se amari non sentiunt: sed contemni: nequaquam amant. Nec habent tyranni: unde de subditis conuerantur si ab eis non diliguntur: quia nec ipsi tales se ipsis exhibent ut diligantur ab eis debeant. Sed boni reges dum comuni profectui studiose intendunt: & eorum studio subditi plura commoda se assequi sentiunt: diliguntur a plurimis: dum subditos se amare demonstrant. Quia & hoc est maioris malicie quam quod in multitudine cadat: ut odio habeantur amici & benefactoribus rependatur malum pro bono: & ex hoc amore prouenit ut bonorum regum regnum sit stabile: dum pro ipsis se subditis quibuscumque periculis exponere non recusant. Cuius exemplum

In Iulio cæsare apparet de quo Suetonius refert. q̄ milites suos vsq; adeo diligebat. vt audita quorū dā cede capillos & barbā ante nō dēpserit q̄ vī dicasset. Quibus rebus deuotissimos sibi & strēnuissimos milites reddidit. ita q̄ pleriq; eorū capiti cōcessā sibi sub ea cōditiōe vitā si militare aduersus Cæsare vellent recusarēt. Octavianus etiā Augustus q̄ modestissime impio vsus est: in tantum diligebat a subditis vt plarīq; morientes vltimas quas deuouerant: immolari mandarent quia eum superstitem reliquissent. Non est ergo facile vt principis perturbetur dominium quē tanto consensu populus amat. Propter quod Salomō dicit prouer. xxix. Rex q̄ iudicat in iustitia paupes thronus eius in eternū firmabit. ¶ Tyrannorū vero dñū diuturnū eē nō potest: cū sit multitudinī odiosum. ¶ Nō potest. n. diu cōseruari: qd̄ votis multorū repugnat. Vix. n. a quoq; præsens vita trāsigit qn̄ aliquas aduersitates patiat. Aduersitatis aut̄ tēpore occasio deesse nō pōt cōtra tyrānū insurgēdi. Et vbi adsit occasio. nō deerit ex multis vel vnus q̄ occasione vtatur. Insurgente aut̄ ppl̄s vortue p̄sequitur. Nec de facili caret effectū. qd̄ cum fauore multitudinis attentat. Vix ergo potest cōtingere q̄ tyranni dominium proteudatur in longum. ¶ Hoc etiam manifeste

patet si quis cōsideret: vnde tyranni dominium cōseruatur. Non etenim cōseruatur amore: cum parua vel nulla sit amicitia. subiecta multitudinis ad tyrannum: vt ex praxhabitis patet. De subditorum autem fide tyrānis cōsidendum non est. Non enim inuenitur tanta virtus in multis: vt fidelitatis virtute reprimant ne indebita seruitutis iugū si possint excuriāt. Fortassis autē nec fidelitati contrariū reputabit scdm̄ opinionē multorū si tyrānicę nequitie qualitercūq; obuientur. Restat ergo vt solo timore tyrāni regimē sustentet: Vñ & timeri se a subditis tota intētionē procurāt. Timor autē debile est fundamētū. Nā qui timore subduntur: si occurat occasio qua possint impunitatem sperare: contra præsidentes insurgunt. eo ardentius quomagis contra voluntatem ex solo timore cohībeantur. Sicut si aqua per violentiam includatur cum aditum inuenierit impetuosiū fluit. Sed nec ipse timor caret periculo: cum ex nimio timore plarīq; in desperationem inciderint. Salutis autem desperatio audacter ad quilibet attentanda p̄cipitat. Non potest igit̄ tyrāni dñū eē diuturnū. ¶ Hoc etiā non minus exēplis q̄ ratiōib; apparet. Si qs. n. atiquo

rum gesta & modernorū euentus consideret: vix inueniet dominium tyrani alicuius diuturnum fuisse. Vnde & Aristoteles in sua politica: multis tyrannis enumeratis omnium demonstrat dominium breui tempore fuisse finitum. Quorum tamen aliqui diutius præserunt: quia nō multum in tyrannide excedebant: sed quantum ad multa imitabatur regalem modestiam. Adhuc autē hoc magis sit manifestum ex consideratione diuini iudicii. Vt enim in Job. xxiiii: dicitur. Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Nullus autem verius hypocrita dici potest q̄ qui regis assumit officium & exhibet se tyrannum. Nam hypocrita dicitur qui alteri representat personam: sicut in spectaculis fieri cōsuevit. Sic igit̄ deus perfici permittit tyrānos ad puniēdum subditorum peccata. Talis autem puniō in scripturis: ira dei cōsuevit nominari. Vnde per Osee. xlii. dominus dicit: Dabo vobis regē in furore meo. Infelix est autem rex qui populo in furore dei conceditur. Nō em̄ eius stabile potest esse dominium: quia nō obliuiscetur misereri deus, nec continebit in ira sua misericordias suas, quinimo per Ioelē. ii. dicitur q̄ est patiens & multa misericordiae: & præstabilis super malitia. Nō igit̄ permittit deus diu regnare tyrānos: sed post

tempestatem per eos inductam populo per eorū deiectionē tranquillitatem inducet. Vnde sapiēs dicit. Sedes ducum superborum destruxit deus: & sedere fecit mites pro eis. Experimento etiam apparet q̄ reges per iustitiam magis adipiscuntur diuitias q̄ per rapinā tyrāni. Quia em̄ dominium tyrānorum subiecte multitudini displicet ideo opus habent tyrāni multos habere satellites p̄ quos cōtra subditos tuti reddant: in q̄bus necesse ē plura expēdere q̄ a subditis rapiūt: Regū autē dominium: qd̄ subditis placet: oēs subditos p̄ satellitib⁹ ad custodiā habet: in q̄b⁹ expēdere op⁹ nō est: sed interdum in necessitatibus plura regibus sponte donant q̄ tyrāni diripere possint. Et sic implet qd̄ Salomon dicit puer. ii. Alii. s. reges diuidūt pp̄ria bñ faciēdo subiectis: & ditiores fiūt. Alii. s. tyrāni rapiunt non sua: & semper in egestate sūt. Sūt autē iusto dei contingit iudicio vt q̄ diuitias iniuste cōgregāt inutiliter eas dispergāt aut etiā iuste auferāt ab eis. Vt em̄ Salomō dicit ecclesiastes. v. Auar⁹ n̄ implebit pecūia: & q̄ amat pecunias fructū nō capiet ex eis, quāmo vt puer. xv. dicit. Cōturbat domū suā q̄ sectat̄ auaritiā. Regib⁹ vero q̄ iustitiā q̄runt: diuitiē addit̄ a deo: sicut Salomon q̄ dū sapiētia q̄suiuit ad faciēdū iudiciū

promissione ede abundantia Idiuiterum accepit.
CDe fama vero supfluuū videf dicere. Quis enim dubitet bonos reges nō solū ī vita: sed magis post mortē quodā modo laudibus hoīm viuere: & in desiderio haberi: malonū vero nomē aut statū deficiere: vel si excellētes in malicia fuerint: cū detestatiōe eorū rememorari. Vñ Salomō dicit puer. **.x.** Memoria iusti cū laudibus: nomen autē impiorū putrefcet: q̄a vel deficit v̄l remanet cū foetore.
CQ̄ bona ēr mūdialia vt sūt diuitiē; prās: honor & fama magis pueniūt regibus q̄ tyrannis: & de malis q̄ incurrit tyrānī etiā in hac vita. **CA. XI.**
EX his ergo manifestū est q̄ stabilitas potestatis diuitiā honor & fama magis regibus q̄ tyrannis ad votum prouenerūt propter quā tñ indebite adipiscēda declinat in tyrannidem princeps. Nullus. n. a iustitia declinat: nisi cupiditate alicuius cōmodi tractus. Priuatur insuper tyrannus excellentissima beatitudine quā regibus debetur pro prēmio. Et quod est grauius maximū tormētū sibi acgrit ī poenis. **Si. n. q̄ vnū hominē spoliat: vel inseruiturē redigit vel occidit maximā poenā meret quantū qdē ad iudiciū hoīm mortem quātū vero ad iudiciū dei dānationē eternā: quanto magis putādū est tyrannum deteriora mereri supplicia: qui vndē q̄ ab omnibus rapit: contra omnium libertatem**

laborat pro libito volūtatis suē quoscūq; Interficiat. Tales insup raro poenitent: v̄tī iurato supbie merito peccatorū a deo defertī: & adulationibus hominū delibuti: rarius digne satisfacere possūt. Quando. n. restituet oīa quē p̄ter iustitiē debitū abstulerūt: Ad q̄ tamē restituenda nullus dubitat eos teneri. Quādo recōpensabūt eis quos oppresserūt & iniuste qualitercūq; leserūt: **C**Adiicitur autem ad eorū impoenitentiam q̄ oīa sibi licita extimāt: quē impune sine resistentia facere potuerunt. Vñ non solum emendare non satagūt: quē malefecerūt: sed sua cōsuetudine p̄ auctoritate vtentes: peccandi audaciā transmittūt ad posteros. Et sic nō solū suorū facinorū apud deū retinent: sed & eorū q̄bus apud deū peccandi occasionem reliquerūt. **C**Aggrauat etiā eorū peccatū ex dignitate suscepti officii. Sicut. n. terrenus rex grauius punit suos ministros: si inuenit eos sibi contrarios: ita deus magis punit eos quos sui regiminis executores & ministros facit: si nequitie agāt dei iudiciū in amaritudine cōuertentes. Vñ & in libro sapiētē. **vi. ca.** ad reges iniquos dicitur Quoniam cū essetis ministri regni illius nō recte iudicastis: neq; custodistis legem iustitiā nostrā: nec scdm volūtate dei ābulastis horrende & cito apparebit vobis: quoniam iudiciū durissimū in his

qui presunt fiet. Exiguus. n. concedit misericordia
 potentes autē potenter tormenta patient. Et na
 buchodonosor p̄ Esa. xliiii. dicitur. Ad infernū de
 traheris in pfundum lacu. Qui te viderint ad te ī
 clinabunt. teq̄ prospiciēt: quasi pfundius in pœ
 nis submersum. Si igit̄ regibus abūdant tēpora
 lia bona: & pueniūt: & excellēt beatitudinis gra
 dus p̄paratur a deo: tyranni autē a temporalibus
 bonis quā cupiūt plerūq̄ frustrant: multis insup
 periculis subiacentes: & qd̄ est amplius bonis eter
 nis priuant ad pœnas grauissimas referuati: vā
 hementer studendū est his q̄ regendi officiū sus
 cipiūt vt reges se subditis præbeant nō tyrānos.
 ¶ De rege autē qd̄ sit: & q̄ expediat multitudini
 regem habere. Adhuc autē q̄ p̄sidi expediat se
 regem multitudini exhibere subiecta: nō tyrāni
 tanta a nobis dicta sint.

¶ Procedit ad ostēdendū regis officiū: vbi scdm
 viā naturę ostendit regem esse in regno sicut ani
 ma est in corpore: & sicut deus in mūdo.

Consequēs autē dicitis est considerare qd̄
 sit regis officiū: & qualē oporteat eē re
 gē. Quia vero ea q̄ sūt scdm artem imitat̄
 ea q̄ sūt scdm naturā: ex qbus accipimus vt scdm
 rationē opari possimus optimū videt̄ regis offic
 um a forma regiminis naturalis assumere. Inuenit̄

tur autem in rerum natura regimen & vniuersa
 le & particulare. Vniuersale qd̄ scdm q̄ oīa sub
 dei regimine continēt: q̄ sua prouidentia vniuer
 sa gubernat. Particulare autē regimē maxime qd̄
 dem diuino regimini simile ē qd̄ inuenit̄ in hoīe
 qui ob hoc minor mūdus appellat̄: q̄a in eo inue
 nitur forma vniuersalis regiminis. Nā sicut vni
 uersa creatura corpea & oēs spirituales virtutes
 sub diuino regimine cōtinēt: sic & corporis mem
 bra & ceterę vires animæ a ratione regunt̄. Et sic
 quodāmodo se habet ratio ī homine: sicut deus
 in mundo. Sed quia sicut supra ostēdimus homo
 est animal naturaliter sociale in multitudine vi
 uēs: similitudo diuini regiminis inuenit̄ in homi
 ne nō solū quantū ad hoc q̄ per rationem regitur
 vnus homo: sed etiā quantū ad hoc q̄ p̄ rationē
 vnus hominis regit̄ multitudo: quod maxime
 pertinet ad officium regis: dum & in qbusdā ani
 malibus quę socialiter viuūt quēdā similitudo ī
 uenit̄ huius regiminis: sicut in apibus in qbus &
 reges esse dicunt̄: Non q̄ in eis per rationem sit
 regimen: sed p̄ instinctū naturę inditū a summo
 regente qui est actor naturę. Hoc igitur offic
 um rex se suscepisse cognoscat: vt sit in regno: si
 cut in corpore anima: & sicut deus in mundo
 Quæ si diligēt̄ recogitet ex altero iustitię in eo

zelus acceditur: dum considerat ad hoc se possit
 tum vt loco dei iudiciū in regno exerceat: ex alte-
 ro vero mansuetudinīs & clementiæ lenitatē ac-
 quirat: dum reputat singulos qui suo sub sunt re-
 gimini: sicut propria membra.

Assumit ex hac similitudine modū regiminis
 vt sicut de⁹ vnamquāq; rem distinguit quodam
 ordine & propria operatione & loco: ita rex subdi-
 tos suos in regno: & eodem mō de aīa. Ca. XIII.

Quod potest igitur considerare quod deus in mun-
 do faciat. Sic enim manifestū erit quod imi-
 taret regi faciendū. Sunt autem vniuer-
 saliter consideranda duo opera dei in mundo. Vnū
 quo mundum instituit. Alterum quo mundum
 institutum gubernat. Hæc etiam duo opera ani-
 ma habet in corpore. Nam primo quidem virtu-
 te anime informatur corpus: deinde vero per ani-
 mam corpus regitur & mouetur. Horum autem
 scdm quidem magis proprie pertinet ad regis of-
 ficiū. Vnde ad omnes reges pertinet gubernatio
 & a gubernationis regimine regis nomen acci-
 pitur. Primum autem opus non omnibus regi-
 bus cōuenit. Non enim omnes regnum aut ciuita-
 tem instituit in quo regnant: sed regno ac ciuita-
 tem instituit regiminis curā impendit. Est autē cō-
 siderandū quod nisi pcellisset qui institueret ciuitatē

aut regni: locum non haberet gubernatio regni.
 Sub regis enim officio cōprehendit etiam institutio
 ciuitatis & regni. Nonnulli enim ciuitates institue-
 runt in quibus regnarent: vt nūus ninuē: & roma-
 mulus romā. Similiter etiam ad gubernationis of-
 ficiū pertinet: vt gubernata conseruet ac eis vta-
 tur ad quod sunt constituta. Nō igitur gubernatio-
 nis officii plene cognosci poterit: si institutionis ra-
 tio ignoretur. Ratio autē institutionis regni ab ex-
 emplo institutionis mundi sumenda ē. In quo prio-
 rē consideratur ipsarū rerū pductio: deinde partium
 mundi ordinata distinctio. Vteri⁹ autē singulū mu-
 di partib⁹ diuerse rerum spēs distributę videntur
 vt stelle celo: volucres aeri: pisces aq; animalia ter-
 re. Deinde singulis ea quib⁹ indiget abundanter di-
 uinitus prouisa vident. Hæc autē institutionis rōne
 Moyses subtiliter & diligenter expōit. Prio enim re-
 rū productionē pponit dicēs. In principio creauit
 de⁹ celū & terrā. Deinde sim ordine cōueniētē oīa
 diuinit⁹ distincta esse denūciat veluti diem a no-
 cte: a superiorib⁹ inferiora: mare ab arida. Hinc ce-
 lū lumīnarib⁹: auib⁹ aerē: mare piscib⁹: aialib⁹ ter-
 rā ornatā refert. vltio assignatū hoib⁹ terre aialū
 quod dñū. Vltū vero plāratū tā ipsis quā aialib⁹ ceteris
 ex puidētia dīna denūciat: institutor autē ciuitatis
 & regni de nouo pducet hoīes & loca ad inhabitandū

&c. vitæ subsidia nō eē pōr: sed necesse habet his
 uti q̄ in natura p̄sistunt. Sic etiā ceteræ artes ope
 rationis suæ materiā a natura accipiūt: vt fabri fer
 rū adificator ligna & lapides in artis vsum assu
 munt. Necesse est igitur institutori: ciuitatis & re
 gni: primū qdē congruū locum eligere qui salu
 britate habitatores cōseruet: vberrate ad victum
 sufficiat: amoenitate deleat: munitiōe ab hosti
 bus tutos reddat. Qz si aliquid de dicta oportuni
 tate deficiat tāto loc⁹ erit cōueniētior: q̄to plā v̄
 magis nec̄ ita de p̄dictis habuerit. Deinde necesse ē
 vt locū electū institutor ciuitatis aut regni distin
 gat fm̄ exigētā eorū q̄ p̄fectio ciuitatis aut regni
 requirit. Puta si regnum instituēdum sit: oportet
 p̄uidere qs loc⁹ aptus sit vrbib⁹ cōstituēdis: quis
 v̄illis: qs castris: vbi cōstituēda sint studia l̄sarum:
 vbi exercitia militū: vbi negociatorū cōuētus: &
 sic de aliis q̄ p̄fectio regni requirit. Si aut̄ institutio
 ni ciuitatis opera detur prouidete oportet: quis
 locus sit sacris: quis tūi reddendo: qs artificibus
 singulis deputādis. Vltcrius autem oportet ho
 mines congregare: qui sunt cōgruis locis secūdū
 sua officia deputādi. Demum vero prouidendū
 est: vt singulis necessaria suppetant secūdū vni
 cuiusq̄ constitutionē & statum. Aliter em̄ nequa
 q̄ possēt regnum vel ciuitas commanere. Hęc igit̄

tur sunt vt summarie dicatur: quæ ad regis offi
 cium pertinent in institutione ciuitatis aut regni
 ex similitudine institutionis mundi assumpta.

Quis modus gubernādi competat regi: quia
 scdm̄ modum gubernationis diuinę: qui quidem
 modus gubernandi a gubernatione nauis sup̄sit
 initium: vbi & ponitur cōparatio sacerdotis do
 mini & regalis. CA. XIII.



Scitur autē institutio ciuitatis aut regni ex
 forma institutionis mundi conuenien
 ter accipitur: sic & gubernationis ratio
 ex gubernatione sumenda est. Est tamen p̄con
 siderandum q̄ gubernare est id quod gubernatur
 conuenienter ad debitum finem perducere. Sicut
 etiam nauis gubernari dicitur: dum per nauē in
 dustriam recto itinere ad portū illesā perducitur.
 Si igit̄ aliquid ad finem extra se ordinetur vt na
 uis ad portum: ad gubernatoris officium pertine
 bit non solū vt rem in se cōseruet illesā: sed q̄
 vltcrius ad finem perducatur. Si vero aliquid esset
 cuius finis non esset extra ipsum: ad hoc solum in
 tenderet gubernatoris int̄tio vt rem illam in sua
 perfectione cōseruaret illesā. Et quīs nihil tale
 inueniatur in rebus post ipsum deū qui est omni
 bus finis: erga id tamen qd̄ ad finem extrinsecū or
 dinatur multipliciter curā impēditur a diuersis.

De regimine Principum

Nam forte alius erit qui curam gerit vt res in suo esse conseruetur. Alius aut vt ad vltiore perfectiorem pertueniat: vt in ipsa nauī. vnde gubernationis ratio assumitur: manifeste apparet. Faber enim lignarius curam habet restaurandi si qd colapsum fuerit in nauī: sed nauta sollicitudinē gerit vt nauem perducatur ad portum. Sic etiam contingit in homine. Nam medicus curam gerit vt vita hominis conseruetur in sanitate. oconomus vt suppetant necessaria vite: doctor autem curam gerit vt veritatem cognoscat: institutor autē morum: vt secundum rationem viuatur. Quod si homo non ordinaretur ad aliud exterius bonum iufficerent homini curę predicta. Sed est quoddam bonum extraneum homini quādiu mortaliter viuifciscet vltima beatitudo quę in fruitione dei expectatur post mortem. Quia vt ait apostolus secundę ad Corinthios. vi. Quādiu sumus in corpore peregrinamur a domino. Vnde homo christianus cui beatitudo illa est per Christi sanguinem acquisita & qui pro ea assequenda spiritus sancti gratiam accepit: indiget alia spiritali cura per quā dirigatur ad portum salutis eterne. Hęc autē cura per ministros ecclesie christi fidelibus exhibetur. Idem autem oportet esse iudicium de fine totius multitudinis & vnus. Si igitur finis hominis est

bonum quodcūq; in ipso existēs: & regendę multitudinis finis vltim⁹ esset similiter: vt tale bonū multitudo acqeret & in eo gmaneret: & si qdē talis vltimus siue vni⁹ hoīs siue multitudinis finis esset corporalis vita & sanitas corporis medici esset officium. Si autem vltim⁹ finis esset diuitiarū affluentia: oconomus rex quidem multitudinis esset. Si vero bonum cognoscendę veritatis tale qd esset ad quod posset multitudo pertingere: rex haberet doctoris officium. videtur autem vltimus finis esse multitudinis congregatę viuere secundum virtutem. Ad hoc enim homines congregantur vt simul bene viuatur quod consequi non posset vnusquisq; singulariter viuens: bona autem vita est secundum virtutem: virtuosa igitur vita est congregationis humanę finis. Huius autem signum est qd hi soli partes sunt multitudinis congregatę qui sibi inuicem comunicant in bene viuendo. Si enim propter solum viuere homines conuenirent: animalia & serui essent pars aliqua congregationis ciuilis. Si vero propter acquirendas diuitias: oēs simul negociantes ad vnā ciuitatem prinerēt. Sicut videmus eos solos sub vna mltitudine cōputari qd sub eisdē legib⁹: & eodē regimie dirigunt ad bene viuendum. Sed quia homo viuendo

secundū virtutē ad vltiorē finem ordinatur: q̄
 cōsistit ī fructiōe diuina vt supra iā dixim⁹; opor
 tet etiā finem eē multitudinis humanę q̄ est ho
 minis vniū. ¶ Nō est ergo vltimus finis multi
 tudinis cōgregatę viuere secundū virtutem: sed
 per virtuosā vitā puenire ad fructiōnē diuinā. Si
 q̄dē autē ad hūc finē pueniri posset virtute huma
 nę natura: necesse esset vt ad officiū regis perti
 neret dirigere homines in hūc finem. Hunc em̄
 dici regem supponimus cui summa regiminis in
 rebus humanis cōmittitur. Tanto autē est regi
 men sublimi⁹: quāto ad finē vltiorē ordinatur
 Semp̄ em̄ inueniē ille ad quem p̄inet vltimus fi
 nis imperare operantibus ea q̄ ad finē vltimū or
 dinant. Sicut gubernator ad quē p̄inet nauiga
 tiōnē disponere: imperat ei q̄ nauem constituit:
 qualē nauē nauigatiōi aprā facere debeat: Ciuil̄
 autē qui vritur armis imperat fabro qualia arma
 fabricet. Sed quia finē fructiōnis diuinę nō conse
 quitur homo per virtutem humanā: sed virtute
 diuina iuxta illud apostoli Ro. vi. Gratia dei vi
 ta ęterna: pducere ad illū finē nō humani erit sed
 diuini regiminis. Ad illū igit̄ regem huiusmodi
 regimē pertinet qui nō est solum homo; sed eti
 am deus. s. ad dominum nostrum iesum christū
 qui homines filios dei faciens in cęlestem gloriā

Introduxit. Hoc igitur est regimen ei traditū qđ
 nō corrumpetur: propter qđ nō solum sacerdos
 sed rex in scripturis sacris nominatur dicente hie
 re. xxii. Regnabit rex & sapiēs erit. Vnde ab eo te
 gale sacerdotiū deriuat Et quod est amplius: om
 nes christifideles in q̄tū sunt membra eius: reges
 & sacerdotes dicunt. ¶ Huius ergo regni ministe
 riū vt a terrenis essent spiritalia distincta: nō ter
 renis regibus: sed sacerdotibus est cōmissum. Et
 pręcipue summo sacerdoti successori petri chri
 sti vicario Romano pōtifici cui oēs reges populū
 christiani oportet esse subditos: sicut ipsi domi
 no iesu christo. Sic em̄ ei ad quē finis vltimi cura
 pertinet subditi debēt illi ad quos p̄inet cura an
 recedentiū finiu: & ei⁹ impio dirigi. ¶ Quia igit̄
 gentiliū sacerdotium & totius diuinorum cult⁹
 erat ppter temporalia bona conquērenda: q̄ om
 nia ordinantur ad multitudinis bonum commu
 neculus regi cura incumbit: conuenienter ter sacer
 dotes gentiliū regibus subdebantur. Sed & ga
 in veteri lege promittebant bona terrena non a
 dēmonib⁹ sed a deo vero religiofo pp̄lo exhiben
 da: iō & in lege veteri sacerdotes regibus legunt̄
 fuisse subiecti. Sed in noua lege est sacerdotiū al
 etus: p qđ homines traducunt ad bona cęlestia
 Vñ in lege xp̄i reges debent sacerdotibus eē sub

lecti propter quod mirabiliter ex diuina prudentia facti: ut in Ro. urbe quam deus prouiderat christianam populi principalem sedem futuram hic mos paulatim inoleceret ut ciuitatum rectores sacerdotibus subiacerent. Sicut enim maximus Valerius refert: omnia post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit: etiam in quibus summam maiestatis deus conspici uoluit. Quia propter non dubitauerunt factis impia seruire. Ita se humana rerum habetura regimine extimata si diuina potentia bene atque constanter fuissent famulata. Quia uero etiam futurum erat ut in gallia christiana sacerdotum plurimum uigeret religio. diuinitus est permittum ut etiam apud gallos gentiles sacerdotes quos druides nominabant: totius Gallie ius diffinerent. ut refert Iulius cesar in lib. quem de bel. gallico scripsit. ¶ Quia sicut ad ultimum finem consequendum requiritur ut rex subditos suos ad uiuendum secundum uirtutem disponat: ita ad fines medios. Et ponuntur hic que sunt illa que ordinant ad bene uiuendum: & que impediunt: & quod remedium rex apponere debet circa dicta impedimenta CA. XV.

Sicut autem ad vitam quam in celo speramus beatam ordinat sicut ad finem uita que hic homines bene uiuunt: ita ad bonum multitudinis ordinatur: sicut ad finem que cumque prout lara bona pro homine procurat: siue diuitia: siue lu-

era siue sanitas: siue facundia uel eruditio. Si igitur uel dictum est quod de ultimo fine curam habere debet illis que curam habet de ordinatis ad finem & eos dirigere suo impio manifestum ex dictis fit quod rex sicut dominus & regimini quod administrat presacerdotum officium subdi debet ita preesse debet omnibus humanis officiis & ea imperio sui regiminis ordinare. Cuius quod autem incumbit aliquid proficere quod ordinat in aliud sicut in finem: hoc debet attendere ut suum opus sit congruum fini. Sicut faber sic facit gladium ut purgare conueniat: & edificator sic debet domum disponere: ut ad habitandum sit apta. ¶ Quia igitur uite que in presenti bene uiuimus finis est beatitudo celestis: ad regis officium pertinet ea ratione uitam multitudinem bonam procurare secundum quod congruit ad celestem beatitudinem consequendam: ut scilicet ea precipiat que ad celestem beatitudinem ducunt et eorum contraria secundum quod fuerit possibile iterdicit. Que autem sit ad ueram beatitudinem uia: & que sint impedimenta eius ex lege diuina cognoscitur: cuius doctrina preter ad sacerdotum officium secum dum illud Malachie. ii. ca. Labia sacerdotum custodiunt scientiam: et legem regunt de ore eius. Et ideo in deuteronomio dominus precepit. Postquam sederit rex in solio regni sui describet sibi deuteronomio legis huius uoluit accipiet exemplar a sacerdote leuitice tribus & habebit secum legemque illud omnibus diebus uite sue ut discat tueri dominum deum suum & custodire uerba & cetera

monias eiusque in lege præcepta sunt. Per legē igitur diuinam edoctus: ad hoc præcipuum studium debet intendere: qualiter multitudo sibi subdita bene viuat. Quidquid studium in tria diuiditur vt primo quidem in subiecta multitudine bonam vitam instituat: secundo vt instituta cōseruet: tertio vt cōseruatam ad meliora promoueat. Ad bonā autē vnus hominis vitam duo requiruntur: vnū principale quod est operatio secundum virtutē. Vir-tus enim est qua bene viuatur. Aliud vero secundarium & quasi instrumentale scilicet corporalium bonorum sufficientia: quorum vsus est necessarius ad actum virtutis. Ipsa tamen hominis vnitas per naturam causatur. Multitudinis autem vnitas quæ pax dicitur: per regentis industriā est procuranda. Sic igitur ad bonam vitam multitudinis instituendam tria requiruntur: Primo quidem vt multitudine in vnitate pacis constitutatur. Secundo vt multitudo vinculo pacis vnita dirigatur ad bene agendum. Sicut enim homo nihil bene agere potest nisi præsupposita suarum partium vnitate: ita hominum multitudo pacis vnitate carens: dum impugnat seipsam impeditur a bene agendo. Tertio vero requiritur vt per regentis industriam necessarios ad bene viuendum adsint sufficientes copiam. Sic igitur bona vita per regis officium in multitudine

diuine constituta: consequens est vt ad eius conferuentionem intendat. Sunt autem tria quibus bonum publicum permanere non sinitur. Quorum quidem vnus est a natura proueniens. Non enim bonum multitudinis ad vnum tantum tempus institui debet: sed vt sit quodammodo perpetuum. Homines autem cum sint mortales in perpetuum durare non possunt. Nec dum viuunt semper sunt in eodem vigore: quia multis variatiōibus humana vita subicitur: & sic non sunt homines ad eadem officia per agenda equaliter per totam vitam idonei. Aliud autem impedimentum boni publici cōseruandi ab interiori proueniens in peruersitate voluntatum consistit: dum vlti sunt desides ad ea peragenda que requiritur respublica veli sunt superstiti pacis multitudinis noxi: dum transgrediendo iustitiā aliorum pacem perturbant. Tertium autem impedimentum respublice cōseruandæ ab exteriori causatur dum per incursum hostium pax dissoluitur: & interdum regnum aut ciuitas funditur dissipatur. Igitur circa tria prædicta triplex cura iminet regi. Præmo quæ de successione hominum & substitutiōe illorum quod diuersis officiis per sunt: vt sicut per diuinum regimē in rebus corruptibilibus: quæ semper eadem durare non possunt prouisiū est vt per generationē alia in locum aliorum succedat: vt vlti cōseruet integritas vniuersi: ita per regis studium cōseruet subiectæ multitudinis bonum: dum sollicitè cu

rat qualiter alii in deficientiū locū succedant. Et secundo autē ut suis legibus & p̄ceptis: poenis & p̄miis: homines sibi subiectos ab iniquitate coerceat: & ad operā virtuosā inducat ex eplū a deo accipiens q̄ hominibus legē dedit: obseruātibz quidē mercedē: transgredientibus poenas retribuēs. Tertio imminet regi cura: ut multitudo sibi subiecta cōtra hostes tuta reddat. Nihil. n. prodesset interiora vitare pericula: si ab exterioribus defendi nō posset. Sic igit bonā multitudinis institutiōi tertiū restat ad regis officiū pertinens: ut sit de promotione sollicitus. Quod fit dum in singulis quę p̄missa sunt: si qd inordinatū est corrigere: si qd deest supplere: si quid melius fieri pōt studet p̄ficere. Vñ & ap̄ls fideles monet ut semp̄ emulēt charismata meliora. Hęc igit sūt q̄ ad regis officiū p̄tinēt: de quibus p̄ singula diligentius tractare oportet.

Explicit liber primus de regimine principum

Incipit Rubricę capitulorū secundi libri

Qualiter ad regem p̄tinet instituire ciuitatem vel castra ad gloriam consequendam: & q̄ eligere debet ad hoc loca temperata & postea subligit quę cōmoda ex hoc regna consequuntur: & quę in cōmoda de contrario CA. I.

Qualiter eligere debent reges & principes regiones ad ciuitates vel castra instituenda: in quibus aer sit saluberrimus: & ostēdit in quo talis aer cognoscitur & quibus signis. CA. II.

Qualiter necesse est talē ciuitatem cōstruēdā a rege habere copiam rerū victualium: q̄ sine eis ciuitas esse p̄fecta nō pōt & distinguit duplicē modū istius copię: primū tñ magis cōmedat. CA. III.

Qualiter regio quam rex eligit ad ciuitates & castra instituenda debet habere amicitates in quibus ciues sunt arcendi ut moderate eis vtantur: quia sapius sunt causa dissolutionis. Vnde regimē & quodcuq̄ dominium dissipatur & anhilatur. CA. IIII.

Qualiter necessarium est regi & cuiuscunq̄ domino abundare in diuitiis temporalibus quę naturales vocātur & ponitur causa quare. CA. V.

Qualiter expedit regi & cuiuscunq̄ principi habere alias diuitias naturales: ut sunt armenta & greges sine quibus domini bene regere terrā non possunt. CA. VI.

Quod oportet regem abundare in diuitiis artificialibus: ut est aurum argētum & numisma ex eis confiatum. CA. VII.

Qualiter ad regimē regni & cuiuscūq; dñiū necessariū sūt ministri. Vbi incidentaliter distinguitur de duplici dñio politico & disporico: ostendens multis rationibus qd politicū oportet esse suauē .CA. VIII.

De p̄cipatu disporico q̄s est & q̄liter ad regalē reduci. vbi incidēter cōparat politicū ad disporicū scdm̄ diuerfas regiōes & t̄p̄a. CA. .IX.

Habita distinctiōe dñiū hic distinguitur de ministris scdm̄ drām dominorū & q̄dā gr̄ia ministro r̄i omnibus dominis cōmunia: postea p̄bat seruitutem in quibusdā esse naturalem. CA. .X.

Quod necessariū est regi & cuiuslibet dñio in sua iurisdictione munitiōes habere fortissimas & rationes quare ibi multę ponuntur. CA. .XI.

Quod ad bonū regimē regni siue cuiuscūq; dñiū spectat stratas siue quascūq; vias in regione vel p̄uincia habere securas & liberas. CA. .XII.

Quod in quolibet regno & quocūq; dominio necessariū est numisā p̄p̄riū: & quot bon a ex hoc sequat̄ & quę incōmoda si non habeat. CA. .XIII.

Quod ad bonū regimē regni & cuiuscūq; politię pondera & mensurę sunt necessarię exēplis & rationibus persuadetur .CA. .XIII.

Quod oportet regem & quemlibet dominū ad cōseruationem sui status adhibere sollicitudinē vt

de p̄ratio publico p̄uideatur pauperibus: & hoc exemplis & rationibus probat .CA. .XV.

Quod oportet regē & quemcūq; dominatē ad cultum diuinum intēdere: & quis fructus ex hoc sequatur. CA. .XVI.

Expl̄ciunt rubricę capitulorum secundi libri. Incipit liber secundus.

Qualiter ad regem p̄tinet instituere ciuitatem vel castra ad gloriam consequēdā: & q̄ eligere debet ad hoc loca tēperata: & quę cōmoda ex hoc regna consequant̄ & quę incōmoda e contrario. CAP. .I.



Rimū igitur p̄cipue oportet exponere regis officii ab institutione ciuitatis aut regni. Nam sicut Vegetius dicit potentissimę nationes & principes nominati: nullā maiorem potuerunt gloriam assequi: q̄ aut fundare nouas ciuitates: aut ab aliis conditas: in nomen suum sub quadam amplificatione transferre. Qd̄ quidem documentis sacrę scripturę concordat. dicit. n. sapiens in ecclesiastico xl. q̄ edificatio ciuitatis confirmabit nomen. Hodie namq; nomen Romuli nesciretur: nisi: quia condidit Romam.

In institutione autem ciuitatis aut regni si copia detur prius quod est regio per regem eligenda: quam temperata esse oportet. Ex regionis enim temperie habitatores multa comoda consequuntur. Prius namque consequuntur homines ex temperie regionis incolumitatē corporis & longitudinē vitæ. Cuius enim sanitas in quadam temperie humorum consistat: in loco temperato conservabitur sanitas, simile namque suo simili conseruatur. Si autem fuerit excessus caloris vel frigoris necesse est quod secundum qualitatem aeris corporis qualitas immutetur. Unde quadam naturaliter industria animalia quadam tempore frigido ad calida loca se transferunt; rursum tempore calido loca frigida repetentes: ut ex contraria dispositione loci temporis temperiem consequantur. Rursum cum animalia uiuat per calidum & humidum si fieret calor intensus cito naturale humidum exsiccatur & deficit vita. Sicut lucerna cito extinguitur: si humor infusus cito per ignis magnitudinem consumatur. Unde in quibusdam calidissimis aethyopum regionibus homines ultra xxx. annos non uiuere perhibentur. In regionibus uero frigidis in excessu naturale humidum defacili congelatur: & calor naturalis extinguitur. Deinde ad opportunitates bellorum quibus tuta redditur humana societas regionis temperies plurimum

ualet. Nam sicut vegetior refert: omnes nationes quæ vicinæ sunt soli: nimio calore siccatæ: amplius quidem sapere sed minus de sanguine habere dicuntur. Ac propterea constantiam ac fiduciam de propiis quo pugnandi non habent quia metuunt vulnera qui modicum sanguinem se habere nouerunt. Et contra septentrionales populi remoti a solis ardoribus inconsultiores quidem: sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella propius similes. His qui temperatioribus habitant plagis: & copia sanguinis suppetit ad vulnerum mortificationem. His qui temperatioribus habitant plagis: & comtemptum: nec prudentiam deficit quæ modestiam seruet in castris: & non parum prodest uti in dimicatione consilii. Demum temperata regio ad politicam uitam ualet. Ut enim Aristoteles dicit in sua politica quod in frigidis locis habitantes sunt quidem plene animositate: intellectu autem & arte magis deficientes. Proprii quod libere perseuerant magis. Non uiuunt autem politici: & vicinis propter imprudentiam principum non possunt quæ autem in calidis sunt intellectu quod est & artificiosius similes animam. sine animositate autem: propter quod subiectæ quidem sunt & subiectæ perseuerant. Quæ autem in mediis locis habitant utroque participant. Propter quod & libere perseuerant & maxime politice uiuere possunt & sciunt aliis principari. Est igitur eligenda regio temperata ad institutionem ciuitatis vel regni.

Qualiter eligere debent reges & principes regiones ad ciuitates vel castra instituenda: in quibus aer sit salubris: & ostendit in quo talis aer cognoscitur & quibus signis.

CA. II.

Questio electionem autem regionis oportet ciuitati constituendę idoneum locum eligere: in quo primo videtur aeris salubritas requirenda. Conuersationi enim ciuili preiacer naturalis vita quę per salubritatē aeris seruetur illesa. Locus autē saluberrim⁹ erit vt vegetius tradit excelsus: non nebulosus: non pruinolosus. regio neq; cęli spectans neq; estuofas: neq; frigidas: deum paludibus non vicinas. Eminentia quidē loci solet ad aeris salubritatem conferre: quia locus eminens ventorum perflationibus patet quibus redditur aer purus: vapores etiam qui virtutę radij solaris resoluuntur: a terra & ab aquis multiplicatur magis in cõuallibus & in locis demissis q̄ in altis. Vnde in locis altis aer subtilior inuenitur. Huiusmodi autē subtilitas aeris quę ad liberā & sinceram respirationem plurimum valet: impeditur p nebulas & pruinas quę solent in locis multum humidis abundare. Vnde loca huiusmodi inueniuntur salubritati esse cõtraria. Et quia loca paludosa nimia humiditate abudant: oportet locum cõstruendę vrbj electum a paludib⁹ esse remotū

Cum enim aurę matutine sole oriente ad locū ipsum peruenient & eis ortę a paludibus nebulę adiungentur flatus bestiarum palustrū venenatorū cū nebulis mixtos spargerent: & loci facient pestiferi. Si tamen moenia cõstructa fuerint in paludib⁹ quę fuerint prope mare spectent: ad septentrionē vel circa. hec paludes excelsiores fuerint q̄ litus marini rationabiliter videbuntur esse cõstructa. Fossis enim ductis exitus aque patebit ad litus: & mare tempestatibus auctum in paludes redundādo nō permittet animalia palustria nasci. Et si aliqua animalia de superioribus locis venerint incõsuetā falsedine occidentur. Oportet locum vrbj destinatum ad calorem & frig⁹ temperate disponi. scđm aspectum ad plagas cęli diuersas. Si enim moenia maxime prope mare cõstituta spectabunt: ad meridiem: non erūt salubria. Nam huiusmodi loca mane quidem erunt frigida quia non respiciunt a sole: meridie vero erunt feruentia propter solis respectum. Quę autem ad occidentem spectant: orto sole tepescunt vel etiam frigent: meridie calent: vespere feruent propter caloris continuitatem: & solis aspectum. Si vero ad orientem spectabūt: mane quidem propter solis oppositionem directam temperate calefēt. Nec multum in meridie calor augebitur: sole non dire

de spectante ad locum: vespere vero totaliter radiis solis auerfis loca frigidere. Eademque vel similis temperies erit si ad aquilonem locus respiciat vrbis: econuerso est quod de meridie respiciente edictum. Experimento autem cognoscere possumus quod in maiorem calorem minus salubriter aliquis transmutatur. Quae enim a frigidis locis corpora traducuntur in calida non possunt durare: sed dissoluuntur: quia calor fugendo vaporem naturales virtutes dissoluit. Vnde etiam in salubribus locis corporaestate infirma redduntur. Quia vero ad corporum sanitatem conuenientium ciborum usus requiritur: in hoc conferre oportet de loci salubritate qui constituendae vrbis eligitur: vt ex conditione ciborum discernatur qui nascantur in terra: quod quidem explorare solebant antiqui ex animalibus ibidem nutritis. Cum enim hominibus aliisque animalibus commune sit vti ad nutrimentum his quae nascuntur in terra: consequens est vt si occisorum animalium viscera inueniuntur bene valentia quod homines etiam in loco eodem salubrius possint nutriri. Si vero animalium occisorum appareant morbida membra: ratonabilius accipi potest quod nec hominibus illius loci habitatio sit salubris. Sicut autem aer temperatus: ita salubris aqua est requirenda. Ex his enim maxime dependet sa-

nitias corporum: ique sepius in usum hominum assumuntur. Et de aere quidem manifestum est: quod quotidie ipsum aspirando introrsum attrahimus vsque ad ipsa vitalia. Vnde principaliter eius salubritas ad incolumitatem corporum confert. Item quia inter ea quae assumuntur per modum nutrimenti: aqua est quae sepius inueyitur tam in potibus quam in cibis: ideo nihil est praeter aeris puritatem magis prinens ad loci sanitatem quam aquarum salubritas. Est et aliud signum ex quo considerari potest loci salubritas. Si videlicet hominum in loco commorantium facies bene coloratae appareant: robusta corpora & bene disposita membra. Si pueri multi & viuaces: si senes multi reperiantur ibidem. Econuerso si facies hominum deformes appareant: debilia corpora: exinanita membra vltimorbida: si pauci & morbidi pueri: & adhuc pauciores senes: dubitari non potest locum esse mortiferum.

Qualiter necesse est talem ciuitatem construendam a rege habere copiam rerum victualium quia sine eis ciuitas esse perfecta non potest: & distinguit duplicem modum istius copiae: primum tamen magis commendat: CA. III.

Oportet autem vt locus construendus de vrbis electus non solum talis sit quae salubritate habitatores commoueat: sed vbertate ad victum sufficiat. non enim est possibile multitudinem hominum habitare vbi victualium

non suppetit copia. Vnde vt vult philosophus cum Xenocrates architector peritissimus Alexandro macedoni demonstraret in quodam monte ciuitatem egregie formae construui posse; Interrogasse fertur Alexandr si essent agri qui ciuitati possent frumentorum copia ministrare. Qd cum deficeret inueniret: respondit vituperandum esse si quis in tali loco ciuitatem construeret. Sicut. n. natus in fans non potest ali sine nurrice lacte: nec ad incrementum produci: sic ciuitas sine ciborum abundantia frequentiam populi habere non potest. Duo tamen sunt modi quibus alicui ciuitati potest affluentia regere suppetere. Vn^o qui dicitur esse propter regionis fertilitatem abunde omnia producentis que humane vitae requirit necessitas. Alius autem per mercatorum usum. Ex quo eodem necessaria vitae ex diuersis partibus adducantur. Primum autem modus conuenientior esse manifeste conuincit. Tanto enim aliquid dignius est quanto se sufficientius inuenitur: quia quod alio indiget deficiens esse monstratur. Sufficietiam autem plenius possidet ciuitas cui circumiacens regio sufficiens est ad necessaria vitae: quae illa quae indiget ab aliis per mercatorum accipere. Dignior enim est ciuitas si abundantiam rerum habeat exterritorio proprio quam si per mercatores abundet. Cum hoc etiam videtur esse securius quia propter

bellorum euentus: & diuersa viarum discrimina de facili potest impediri victualium deportatio & sic ciuitas pro defectu victualium opprimitur. Est etiam hoc vtilius ad conuersationem ciuilem. Nam ciuitas quam ad sui sustentationem mercatorum multitudine indiget: necesse est ut continuis extraneorum conuictum patiat. Extraneorum autem conuersatio corrumpit plurimum ciuium mores secundum Aristotelis doctrinam in sua politica: quia necesse est euenire ut homines extraneis aliis legibus: & consuetudinibus enutriti in multis aliter agant quam sint ciuium mores. Et sic dum ciues eorum exemplo ad agenda similia prouocant ciuilibus conuersationibus perturbantur. Rursus si ciues ipsi mercatoribus fuerint dediti: patet plurimum vitium aditus. Nam cum negotiorum studium maxime ad lucrum tendat per negotiationis usum cupiditas in corda ciuium traducit. Ex quo conuenit ut in ciuitate omnia fiat venalia & fide subtracta: locus fraudibus appetit: publicoque bono contempto proprio comodoque desertet deficietque virtutis studio: dum honor virtutis premissis omnibus deseret. Vnde necesse erit in tali ciuitate ciuilem conseruationem corrumpi. Est etiam negotiationis usus contrarius quam plurimum exercitio militari. Negotiatores. n. dum vmbra conlucunt a laboribus vacant et dum fructus deliciae molles sunt animo & corpora reddunt debilia & ad labores mili-

tares inepta. Vñ secundū lura ciuilia negotiatio ē
militibus interdicta. ¶ Deniq; ciuitas illa solet ēē
magis pacifica cui⁹ ppl's rari⁹ cōgregat⁹: minusq;
intra vrbis mœnia relidet. Ex frequenti .n. hoīm
concurſu dat occasio litibus & seditionibus ma-
teria ministrat. ¶ Vñ scdm Aristotelis doctrinā
vtilius est quidem q; populus extra ciuitates ex-
erceatur: q̄ q; intra ciuitatis mœnia iugiter com-
moretur. Si autē ciuitas sit mercationibus dedita
maxime necesse est: vt intra vibem ciues reside-
ant: ibiq; mercationes exerceant: Melius igitur
est q; ciuitati victualiu copia suppat ex propriis
agris: q̄ q; ciuitas sit totaliter negociationi expo-
sita. ¶ Nec tamen negociatores omnino a ciuita-
tate oportet excludi: quia non de facili potest in-
ueniri locus qui sic omnibus vitæ necessariis ab-
undet: q; non indigeat aliquibus aliunde allatis:
eorumq; qua; in eodem loco superabundant eo-
dem modo redderetur multis damnosa copia si
per mercatorum officium ad alia loca transferri
non possent. Vnde oportet q; perfecta ciuitas
moderate mercatoribus vtatur

¶ Q; regio quam rex eligit ad ciuitates & castra
instituta debet habere amoenitates in quib⁹ ci-
ues sunt arcendi vt moderate eis vtat⁹ ga lapius
sit causa dissolutiōis vñ regnū dissipat. CA. III.

S Et etiā constituendis vrbibus eligendus
locus qui amoenitate habitatores dele-
ctet. Non em̄ facile deserit locus amœ-
nus: nec de facili ad locū illū conſtuit habitantium
multitudo cui deest amoenitas: eo q; absq; amœ-
nitate vita hoīs diu durare non possit. Ad hanc
autē amoenitatē p̄tinet: q; sit locus camporū pla-
nicie distentus: arborū ferax: montium propin-
quitate conspicuus: nemoribus gratus: & aquis irri-
guus. Verū ga nimia amoenitas superflue ad de-
lectas homines allicit: q̄ ciuitati plurimum no-
cet: ideo oportet ea moderate vti. ¶ Primo nam
q; homines vacantes deliciis sensu heberant. Im-
mergit enim earū suauitas sensibus animā: ita q;
in rebus delectantibus liberum iudicium habere
non possunt. Vnde secundum Aristō. sententi-
am. prudentia iudicis per delectationem corrū-
pitur. ¶ Deinde delectationes superflue ab hone-
state virtutis deficere faciunt. Nihil enim magis
perducit ad immoderatum augmentum: per
quod medium virtutis corrumpitur: q̄ delecta-
tio: rum quia natura delectatiōis est auida & sic
modica delectatione sumpta precipitatur in turpi-
um delectationum illecebras: sicut ligna sicca ex
modico igne accēdūt tūctiā ga delectatio appeti-
tū nō satiat: sed gustata fieri magis inducit.

Vnde ad virtutis officium pertinet vt homines a delectationibus superfluis abstineant. Sic enim superfluitate vitata facilius ad medium virtutis peruenietur. Cōsequēter etiā deliciis superflue de diti mollescūt animo: & ad ardua quæq; attentā da: nec nō ad tolerādos labores & picula abhorrē da pusillanimes fiunt. vnde & ad bellicum vsum delicia plurimum nocent. Quia vt vegetius dicit in libro de re militari: Min⁹ timet mortem qui minus deliciarū se nouit habuisse in vita. Demū deliciis resoluti plarūq; pigrescunt & intermissis necessariis studiis & negotiis debitis solis deliciis adhibent curam: in quas quæ prius ab aliis fuerant cōgregata perfusi dispergunt. Vnde ad paupertatem deducti dum cōsuetis deliciis carere nō pnt: se furtis & rapinis exponunt vt habeant vñ possint suas voluptates explere. Est igit nociuū ciuitati vel ex loci dispositione vel ex quibuscūq; aliis reb⁹: deliciis superfluis abūdate. Opportunū ē igitur in conuersatione humana modicum delectationis quasi pro condimēto habere: vt anim⁹ hominum recreetur: quia vt seneca dicit de trāglitate animi ad serenum: Danda est animis remissio. Meliores em aptioresq; requieti resurgūt: q̄si pro fit amino r̄pate deliciis vti: vt sal in ciborum coctura pro ipsorum suauitate: qd̄ superflue imis

sum illos corrumpit. Amplius autem si id qd̄ est ad finem vt finis quæritur tollitur & destruitur ordo nature. Sicut si faber querit martellum propter seipsum: aut carpentarius ferram siue medicus medicinam: quæ ordinantur ad suos debitos fines. Finis autem quem rex in ciuitate sui regiminis debet intendere est viuere secundū virtutē. Cæteris autē quibuslibet vti debet sicut his quæ sunt ad finem: & q̄tum est necessarium in psequendo finem. Hoc autem non cōringit in his qui superflue delectationibus inuituntur quia tales delectationes nō ordinantur ad fidem iam ductum: immo quæri videntur vt finis. Quo quidē modo videbatur velle vti illi impij qui in libro sapientie dicunt non recte cogitantes: vt dicta scriptura testatur: venite fruamur bonis quæ sunt: qd̄ ad finem p̄tinet: & vtamur creatura tāq̄ in uertute celeriter & cæteraquē ibidē sequūt. In quibus immoderat⁹ vsus delectabilium corporis vt iuuenilis etatis ostenditur: & digne a scriptura reprehenderit. Hinc est qd̄ Aristoteles in suis Ethicis vsus delectabilium corporis vsus ciborum ad simular. qui ampli⁹ minusue sumpti sanitate corrumpunt. Qui autem commensurati sunt & saluant & augēt. Ita de virtute cōtingit circa amoenitates & delicias hominum.

U. D. L. O. L. D. Z.

Que necessarium est regi & cuiuscumq; domino abū dare diuitiis tēporalibus quæ naturales vocant: & ponitur causa CA. V.

Mls igit sic deductis quæ ad substantiale & ciuitatis siue politiæ seu regalis regiminis requiruntur ad quorū institutionē & prouidentia rex principaliter debet intendere agendū est de quibusdā quæ ad regem pertinent in relatione ad subditos; vnde & suū regimen getius gubernat. Et quīs supra aequaliter sit tactū in genere: nūc in specie est tractādū ad maiorē declarationem eorū quæ sunt agenda per principē. Primum quidem vt in singulis partibus sui regiminis abundet in diuitiis naturalibus quas sic vocat Arist. in primo suæ politicæ: vel quæ naturalia sunt: seu quia homo ipsis naturaliter indiget: vt sunt vinea: nemora: siluæ: viuaria: diuersorū animalū & auisū genera. De quib? Paladius palatinus comes valentiniano imperatori ad præfata exhortans luculentissimo stilo ac diffusius documentū tradidit. Hinc etiā Salomon rex volēs ostendere magnificentiam sui regiminis ædificauit inquit mihi domos: plantaui vineas: feci ortos & pomeria: & conserui ea cuncti generis arboribus: extruxi mihi piscinas ad irrigandum siluā lignorū germinatū. Cuius qdem triplex ratio

sumi potest. Vna sumit ex parte vsus ipsius rei: quod idē delectabilior esse videt in re propria quā aliena: eo quod magis vnita. Vnio em̄ est amoris proprietatis vt tradit Dionysius. Ad amorē autē sequit delectatio. Cū em̄ adest quod diligitur etiam delectationem secū affert. Amplius autē & ipsa diligentia opis exercita circa prædicta in qua quē homo si bi congaudet quōto est opus difficilius. Magis em̄ amamus cū nō est facile quod sumit: vt philo. dicit. Ex qua ratione & filios diligimus: & quālibet nostrā facturā scdm̄ mēsurā opis. Adhibēdo igit sollicitudinē circa proprias diuitias naturales iā dicitas gratiores iā sūt quā alienæ. Et si gratiores delectabiliores ipsas dicem?. Scdm̄ rō sumit ex parte officialiū regis. Si em̄ ipsos oporteat recurrere ad cōuicaneos pro necessariis vitæ sui domini interdum scandala generentur in subditis vel ex rerū commercio in quo vel lædit auaritia quæ ementē vel vendentem concomitatur: vel fraus conturbat. Vñ in prouerbi. xx. ca. dicit Malum est dicere omīs eptor: & cū recesserit tūc gl' iabif quasi fraude videntem præuenit. Et in ecclesiastico monemur cauere a corruptione empti onis & negotiorū. qñ hoc sit propriū eorū in mercādo. Ampli? at ex cōmercio cōtrahit familiaritas ad foeminas quod v' ex incauta locutiōe altererit: aut

aspectu at̄ gustu causat̄ zelotypia iter ciues & in
cōtra regimē puocant̄. Sed etiā tertia ratio hoc
idē cōfirmat quā accipimus ex parte rex̄ venaliū
Victualia em̄ que vendunt̄: vt in pluribus nō ca
rent sophilismate: & ideo nō sunt tantę efficacię si
cut ppria ad nutriendū. Vnde idem Salomon in
puerbit̄, v. capi. Bibe iquit aquā de cisterna tua.
In hoc cōprehendens omne nutrimentū: sed pre
cipue potū: quā facilius potest sophilistari: & ipm̄
a sua natura & puritate remotum: minus cito
ipsius malitia indicat. ¶ Rursus propria victua
alia sunt maioris securitatis in sumēdo: quia pos
sunt facilius ab extraneo venenari vel esse noci
ua: q̄ si in proprio horreo vel cellario reponant̄.
Vnde & propheta Esaias, ii. ca. In exaltatione re
tributionis viri iusti: panis inquit datus est ei: &
aque ei⁹ fideliores sunt: quasi ppria cibaria & po
tabilia securiora sunt ad sumendū.

¶ **Q** expediat regi habere alias diuitias natura
les vt sunt armenta & greges sine quibus domi
ni bene regere terram non possunt. CA. VI.

Non solum autem predicta ad naturales
diuitias pertinent: sed & diuersa genera
animantium ex eadem ratione & causa
vt de p̄cedentibus est ostensū. In quibus primo pa
tri tāq̄ p̄dominātū toti hūanę naturę datū ē pri

ut legitū regendi & dominandi: vt in Gen̄. scribit̄
Crescite inquit dominus & multiplicamini & re
plete terrā: dominamini piscibus maris & volati
libus cœli & cunctis animantibus que mouent̄ su
per terram. Vñ ad regiā maiestatem pertinet his
omnibus vti & abūdare. Et q̄to plus in his dñan
tur tanto plus primi domini principatū habet si
miliore: cū oia sint ad vsum hominis deputata
in creationis primordio. Propter qd̄ philosoph⁹
dicit in primo poli. q̄ venatio animalū siluestriū
um naturaliter est iusta: quia per eam homo sibi vē
dicat qd̄ suum est. Et de piscatione & aucupatio
ne similiter dici potest. Vnde & natura aues ra
paces puidit & canes ad hui⁹ officii exercendū.
Quia vero in piscibus nō ē apertudo loci ad ralia
ministeria: loco canū & auitū homo retia adin
uenit. Ad supplementū igit̄ & decorē regni rex in
diget supradictis: quibusdā qd̄ ad vsum & esum: vt
sunt pisces & aues: armēta bouū greges ouitū qb⁹
Salomō abūdauit: vt scribitur in ecc̄lastē & in ter
tio libro regū ad sui magnificentiā ostendā. Aliis
aut̄ animalibus rex indiget ad ministeriū: vt sūt
equi et muli: asini & cameli ad diuersa ministeria
deputati scdm̄ varias cōsuetudines regionū. Ho
rū igit̄ oim̄ rex copiā habere debet q̄tū eidē ē pos
sibile de animantib⁹ deputat̄ ad esū siue ad miste

rum: & propter causā iā dictā de aliis diuinitis natura-
 libus: quia res proprie delectabiliores sūt: vt su-
 perius est oñsum: & tāto plus q̄to plus habent de
 ratione vite: vnde magis accedūt ad diuinam assi-
 milationem: q̄ ē maior cā amoris. Adhuc alia sūt
 causę in p̄dictis p̄pter quas expedit regi ipsas ab-
 undare vt propriis. Primo autē ad hoc mouet na-
 tura quę delectatur ex suo opere: dum cōsiderat
 in eis nouum cōtinue modū p̄cedēdi in suis acti-
 bus: siue in viuendo: siue in generando: siue in p̄-
 turiendo: ex quibus cōsurgit in dominis admira-
 tio: & ex admiratione delectatio. Qz autem nu-
 tritua sit causa dilectiōis & per cōsequēs delecta-
 tiōis apper in Exo. in filia pharaonis quę Moy-
 sem nutriti fecit. Et postea ibidē subiūgit: q̄ post
 nutritionē ipsū sibi adoprauit in filium. Qua ta-
 rione dicit dñs in Osee. Ego quasi nutriti effraym
 In hoc insinuas suū affc̄m ad populū. Ampli autē
 & ipsorum venatura siue siluestriū aialū siue ali-
 orū pro quibus se principes & reges gymnasiis ex-
 ponūt & filios suos submittūt valet ad robur acq-
 rendū corpis & cōseruandū sanitatē & cordis vi-
 gorandā virtutē: si temperate vtant. Vt p̄his tra-
 dit in ethi. & hoc cū in pace gescit ab hostib⁹: vt
 solēt reges Francię & Anglię talibus vri. Et vt de
 germanis in gestis Francorum scribit. Amonius.

Rursus egratura ad hoc idē mouetur: qua reges
 esse debent ornati ad decorē regni & eiusdē con-
 tra hostes defensionē: ad qđ aptiores reddunt & ex-
 peditiores si propria habeant equorū armenta vt
 mos est regibus ac principib⁹ oriētis. Quēadmo-
 dū & de Salomōe scribit i. iiii. regū. iiii. q̄ in sua flo-
 rens p̄speritate habebat. xl. milia p̄sepia equorū
 curialū: & duo millia equoz; equestriū quos cu-
 stodiebāt supradicti regis p̄fecti. P̄tērea. si de a-
 nimātib⁹ agat q̄ ordināt ad esus adhuc magis cō-
 petit hęc p̄pria: siue qđrupedia siue reptilia. id est
 pisces qa oib⁹ his hō delectabili⁹ vtitur ex hoc q̄
 meli⁹ nutriuntur & aptiora efficiunt ad esū: tū
 qa recognita i vrēdo magis gaudem⁹: tū ēt qa se-
 curi⁹ & liberi⁹ nobis offerūt ad esū: qđ ē act⁹ ma-
 gis nostrā: p̄portionat⁹ naturę ex quo & delecta-
 bili⁹ agit. Ampli⁹: sūt & causa cōis iam dicta sup-
 us ad hoc facit. s. vitatio commercii cum ciuib⁹:
 qđ potest esse scandalū ad nīcūm p̄cauē-
 dum officialibus regis. Rursus hoc exigit magni-
 ficentia regis: vt transeuntibus in cibis & potib⁹
 vberius administretur & largius. Hoc autē fit ex-
 peditius si reges abundant gregibus & armentis.
 Concluditur ergo ex p̄dictis qđ diuitia natura-
 les necessarię sūt regi: vt in singulis regionibus
 p̄prias habeat ad sui regiminis & regni munimē.

Quod oportet regē abundare diuitiis artificialibus auro & argento & numismate cōflato ex his. ca. vii.
Sed & de artificialibus diuitiis: vt est aurum & argentum: & alia metalla: & ex ipsis cōflata numismata necessaria sūt regi ad munimen regiminis sui. Supposito enim quod collegium sit necessarium secundum naturam ad regimen constituendum siue politiam: & per consequens rex & quicumque dominus qui multitudinē regat: oportet vltērius concludere de sibi conueniente videlicet thesauro. vt est aurum & argentum & ex eis cōflatum numisma: sine quo suum regimen rex congrue & oportune exercere non potest: quod quidem ostendi potest multiplici via. Prima quidem manifestatur ex parte regis. Homo enim in cōmutationibus faciendis auro vel argento siue numismate vtitur: vt instro. Vnde philosophus dicit in. v. ethi. quod numisma est quasi fideiusor futurę necessitatis. quia continet omnia opera sicut ipsarum precium. Si ergo quilibet indiget multo magis rex: quia si simpliciter ad simplicitatem: & magis ad magis. Rursus virtus proportio naturę & opus virtuti. Natura autē status regalis quādā habet vtilitatem: eo quod cōmunis ē populo sibi subiecto: ergo & virtus: & similis opus. Si ergo status dñorū secundum suā naturā ē cōciliatus et

go virtus & operatio. Hoc autem esse non potest sine numismate: sicut nec faber nec carpētarius sine propriis instrumentis. Itē ad idē secundum philosopho. in. iiii. ethi. virtus magnificentię magnos sumptus respicit. Magni autem sumptus ad magnum pertinent: quod est rex vt ipse philosophus tangit ibidem. Vñ in elster prius scribit de aluero qui in oriente dominabatur. cxxvii. prouinciis quod in conuiuio quod fecit principibus sui regni ministrabatur in cibis & potibus prout exigebat magnificentia regis. Hoc autem sine instrumento vite fieri non potest. quod est numisma siue aurum vel argentum. Quare idem quod prius. Concluditur ergo ex parte regis eidem thesauro esse necessarium qui artificiales diuitias cōtinet. Secūda via sumit in cōparatiōe ad populum siue in genere siue in specie: quia ad hoc debet rex abundante pecuniis: vt possit suę domui puidere in necessariis & suorum subuenire necessitati subditorum. Vt. n. tradit philosophus. vi. ethi. Sic se rex habet debet ad populum: sicut pastor ad oues & sicut pater ad filios. Sic se habuit pharaon ad totā terrā egypti: vt in gen. scribit. de publico enim cōtratio frumētū emit: quod signū ēre fame distribuit secundum prudentiā ioseph: ne populi fame deficeret. Salustius etiam narrat sententiā Catonis in Catili. Qualiter res publica profecit Romanis quia cōtratio publicum viguit roma: quo

deficiēte ad nihilū est redacta vt rēporib⁹ eiusdē
 Carōis dicit accidisse. Ampli⁹ autē qđlibet regnū
 siue ciuitas: siue castrum siue quodcūq; collegiū
 aū similatur humano corpi sicut ipse plis tradit.
 Et hoc idem in policatoro scribitur: vñ cōpat ibi-
 dem cōe erarium regis stomacho: vt sicut in stoma-
 corecipiunt cibi & diffundūt ad mēbra: ita & era-
 riū regis repletur thesauro pecuniarū & cōcatur
 atq; diffūdīt p̄ necessarib⁹ subditorum & regni.
 Rursus & in spē hoc idē cōtingit. Turpe est enim
 & multū regali reuerentiē derogat a suis subditis
 mutuarē p̄ sumptib⁹ regis vel regni. Ampli⁹ autē
 ex hac subiectione mutui sustinetur a dñis vt per
 subditos siue quoscūq; fiant super regnum exacti-
 ones indebitē. Vñ status enervat regni. Itē ad idē
 In mutuis saepe mutuanis scādālū patit: quia hęc
 est natura mutuātis: vt difficile sit ei mutuū red-
 dere. Vnde sn̄a fert esse Biantis vnius de septem
 sapientibus. Amico a te mutuāte pecuniā & ipsū
 & pecūiam perdis. Necessarium est igitur regi ar-
 tificiales diuitias cōgregare ex causis iam dictis
 in specie. Tertia autem via ab hoc idem proban-
 dum accipitur in respectu ad rem siue personam
 extra regis dominium constitutas. Quarum qu-
 dē duo sūt genera: vnū videlicet inimicorū cōtra

quos oportet erarium publicū regis esse plenum.
 Et p̄so pro sumptibus suę familię. secūdo pro sti-
 pendijs militū conductorū cū contra hostes mo-
 uet exercitū. tertio ad p̄sidia relarcienda: vel cōsti-
 tuenda ne hostes inuadāt terminos sui regni. Ali-
 ud autem gen⁹ in augmētū tēdit sui regni: vnde
 & necessari⁹ regi ē thesaurus. Cōtingit em̄ iterdū
 regiōes gratuari vel p̄cunia vel onere debitorū:
 aut etiā ab hostibus & recurrūt tūc ad regni sub-
 sidium. Quibus subueniēdo cū instro vitā qđ est
 aurū vel argentum vel qđcūq; numisma subiciūt
 tur eidem. & sic augmētāt regnū. Liqueat ergo ex
 dictis regi necessarias esse artificiales diuitias: ad
 conseruationē sui regiminis ex tribus causis iam
 dictis. Vnde etiam in iudith scribitur q; Holofer-
 nes princeps nabuchodonosor: quādo inuasit re-
 giōes syrię & cilicię cum exercitu magno tulit au-
 rum & argentum multum nimis de domo regis:
 paratum videlicet ad expeditionem contra suos
 hostes. Et hoc idem de Salomone scribitur in
 libro superius allegato inter act⁹ regalis magnifi-
 centiæ. Coaceruauit inquit mihi aurum & argen-
 tum: & sub stātiā regum ac prouinciarum: sub
 stantiā vocās numismatū thesauros p̄p̄ tributa
 ab ip̄o exacta & p̄ris sui dauid: vt h̄re. ii. & iiii. li. re-
 gum. Et hoc ideo: quia scđm p̄m̄ in ethi. huma-

ne vitæ sunt instrumentū; vt dictū est supra: nec
 istud cōtradicit diuino præcepto tradito a domi
 no in deuteronomio p moysen quantū ad reges
 & principes populi. Cibi em̄ lex scribit de rege q̄
 non habeat auri vel argēti immēsa pondera. Qd̄
 quidem intelligendū est ad ostentationē siue fa
 stum regalem: vt de cræso rege lidorū narrant hi
 storie: ex qua causa ruinā passus est: quia captus
 a Cyro rege perferam nudus in alto monte pati
 bulo est affixus. Sed ad subuentionē regni omni
 no est necessariū ppter causas iam dictas.

Qualiter ad regimē regni & cūiuscūq; dñi ne
 cessarij sunt ministri. Vbi incidenter distinguit
 de duplici dominio politico & disporico ostēdēs
 multis rationibus q̄ politicū: oportet esse suauē.

CA.

VIII.

Non solū aut̄ diuitijs oportet regem esse
 munitum sed etiam ministris. Vnde &
 ille magnus rex Salomon in pallegato li
 bro dicit de se ipso. Possedi seruos & ancillas & fa
 miliā multam nimis. Quod aut̄ possidetur in do
 minio videtur esse possidentis. Et ideo hic distin
 guendum est circa dominium incidēter. Duplex
 .n. principatus ab Aristoteli ponitur in sua politica
 quorum quilibet suos habet ministros licet p̄s po
 nat in. v. poli. vt supra est distinctū & infra etiam

declarabit: politic⁹ videlicet & disporic⁹. politic⁹
 e⁹ qd̄: quando regio: siue puincia: siue ciuitas: si
 ue castrum per vnū vel plures regis scdm ipsorū
 statuta. vt in regionibus cōtingit Italia & præci
 pue roma: vt per senatores & consules p maio
 ri parte ab vrbe cōdita. Horū aut̄ dominū conue
 nit amplius quadam ciuilitate regere eo q̄ in ip̄a
 fit continua de ciuibus: siue extraneis alterna
 tio. Sicut de Romanis scribit in primi mach. viii
 vbi dicitur q̄ p singulos annos cōmittūt vni ho
 mini magistratū suū dominari vniuersę terre suę
 Vnde duplex est in tali dominio ratio quare sub
 diti non rigide possint corrigi in regali domini
 o Vna sumitur ex parte regentis: quia tempora
 neū est eius regimen. Ex hoc enim diminuitur
 ei⁹ sollicitudo in sibi subditis dū cōsiderat suū t̄
 breui tpe dominū terminari. Propter qd̄ & iudi
 ces populi israel q̄ politice iudicabant moderatio
 res fuerunt in iudicando q̄ reges sequentes. Vñ
 Samuel q̄ dictum populū certis iudicauit tēpo
 ribus: sic ait ad ipsos volens ostendere suū regimē
 fuisse politicū & nō regale qd̄ elegerāt primi Re
 gum vii. Loquimini inquit de me coram domino
 & xp̄o ei⁹. vtrum bouē cuiusq; tulerim aut̄ asinū
 Si quempiā calūniat⁹ sum: si oppressi aliquem: si
 de manu alicuius mun⁹ accēpi. Qd̄ quidem qui

regale dominū habent nō faciunt: vt infra pate-
bit; & in primo libro regū dictus propheta osten-
dit. ¶ Amplius autē: modus regendi in dictis par-
tibus vbi politicū est dominū mercenarius est.
Mercede. n. domini conducunt. Vbi autē merces
pro fine præfigitur nō tm̄ intendit regimini sub-
ditorum, & sic per consequens temperatur corre-
ptionis rigor. Vnde & dominus in Ioanne. vi. ca.
dicit de talibus. Mercenarius autē & qui non est
pastor cui non est cura de ouibus; quia, s. ad rem-
pus præponitur: videt lupum & fugit. Mercena-
rius autē fugit; quia mercenarius est: quasi ipsa
merces sit sibi finis regiminis & subditos sibi post-
ponat. Propter quod & antiqui romani duces
vt scribit maximus valerius: curam gerebant rei
publicæ: sumptibus propriis: vt Marcius curius
& Fabritius & multi alii. Vnde reddebantur ad
curam politicæ audaciores & magis solliciti: qua
si rota in hoc esset eorum intentio & maior affe-
ctus. Et in talibus verificatur Catonis senten-
tia quam Salustius refert in cælinatio. Vñ res-
publica ex parua effecta est magna: quia in illis
domi sui industria foris iustū impiū: animus i cō-
sulēdo libero: ne p̄ delicto: ne p̄ libidini obnoxius.
¶ Scda autē rō vñ dñum politicū oportet eē mo-
deratū: ac cū moderatiōe exercitū sumit ex parte

subditorū ga talis ē eorū dispositio scdm naturā
pportionata tali regimini. ¶ Probat. n. Ptoleme-
us in quadripertito regiōes hoim eē distictas se-
cundū cōstellatiōes diuersas: q̄tū ad mores & re-
gimē circūscripto semp scdm ipm̄ sup̄ stellarū do-
minū i pio volūtatis. Vñ regiōes romanorū sub
marie ponit ab ipso: & iō min⁹ subiciibiles. Pro-
pter qd̄ ex eadem causa præfata gens esse ponit
insueta pati cū suis terminis & subdi nescia nisi
cum non possit resistere: & ga impatiēs alieni ar-
bitrii: & p̄ cōsequēs superioris inuida. Inter roma-
nos præfides. vt in primo Mach. viii. ca. scribitur
nemo portabat diadema: nec induebatur purpu-
ra & vltorius subditur esse ctus istius humilitatis
quia non est inuidia: nec zelus inter eos. Quadā
igit placabilitate animi: vt natura requirit subdi-
torum illius regionis: & in cēssu humili tempub.
gubernabant: quia vt tradidit Tullius in philip-
picis. Nullum maius armatorum præsidium ca-
ritate & beniuolentia ciuium: qua oportet prin-
cipantē esse munitō non armis. Et hanc etiā sen-
tētiā refert Sallusti⁹ de Catone q̄tū ad ātiquos
patres romanos. ¶ Rursus ad idem confidentia
subditorum siue de exoneratione dominū regen-
tū siue dominādū in suo tpe congruo reddit ip-
sos ad libertatē audaces ne colla submittant re-

gentibus. vnde oportet politicū regimen esse suaue. Amplius autem est certus modus regēdi: quā scdm formā legum: siue cōium: siue municipalium cui rector astringitur: propter quā causam & prudentia principis: quia non est libera tollitur & minus imitatur diuinam. Et quīs leges a iure naturæ trahant originē vt Tullius probat in tractatu de legibus: & ius naturę a iure diuino vt testatur Dauid propheta. Signatum est (inquiens) lumen vultus tui super nos domine: deficiunt tamen in particularib⁹ actib⁹ quibus omnibus legis lator prouidere non potuit ex ignorantia subditorum futurorum. Et inde sequitur in regimine politico diminutio: quia legibus solum rector politic⁹ iudicat populum. Quā per regale dominiū suppletur dum non legibus obligatus per eam censeat quæ est in pectore principis: propter quā diuinam magis sequitur prouidentiam cui est cura de omnibus. vt in libro sap. dicitur. Pater igitur qualis est principatus politicus & modus eius regēdi Nūc videndum est de principatu despótico.

De principatu despótico quis est & qualiter ad regalem reducitur. Vbi incidenter comparat politicum ad despoticum scdm diuersas regiones & tempora.

CAP.

IX.

Est autē hic aduertēdū quod principat⁹ despoticus dicitur q̄ est domini ad seruum qd̄ quidem nomē gręcū est. Vnde quidam domini illius prouincię adhuc hodie despoticū vocātur: quem principatum ad regalem possumus reducere: vt ex sacra liquet scriptura. Sed et sic est q̄stio quā philosoph⁹ in prio politico diuidit regale contra despoticum. Hoc autē in sequenti libro declarabitur: quia ibidem occurrit diffiniēdi materia: sed nunc sufficiat per diuinā scripturā probare qd̄ dicit. Traduntur em̄ leges regales per Sūuelē p̄phiam israelitico populo: quæ seruitutē important. Cū em̄ petiuisent regem a Samuele iam etate defecto: & filiis suis non iuste dominātib⁹ modo politico: vt iudices alit̄ dicti populi fecerant consulto dño respōdit pri. regū. viii. Audi inquit vocē populi in his quæ loquuntur. Verruntamen contestare eos & prædic eis ius regis. Filios vestros tollit & ponet in curribus suis facietq; sibi currus & equites & præcursores quadrigarum suarum: & cōstituet aratores agrorū suorum: & messores legetum: ac fabros armorum suorum: & fillas quoq; vestras faciet sibi focarias: vnguētarias: ac panificas: & sic de aliis conditionibus ad seruitutem pertinentibus: quæ in primo libro regum tradūtur: per hoc quasi volens ostens

G

de re q̄ regimē politiciū. qd̄ erat iudiciū & suū fuerat fructuosū? erat p̄p̄o. Cuius tamē superius cōtrarium est ostensum. ¶ Ad cuius dubii declarationem sciendum est q̄ ex duplici parte regimen politicū regali præponitur. Primo quidē si referamus dominū ad statum integrū humanā naturā qui status innocentie appellat̄ in quo non fuisse regale regimen: sed politicū eo q̄ tunc nō fuisse dominū qd̄ seruitutem haberet sed præminentiā & subiectionem in disponēdo & gubernando multitudinem secundū merita ciuilitatis q̄ ut sic vel in influēdo vel in recipiēdo influentiā quam quilibet etiam dispositus secundū congruentiam suā naturæ. Vnde apud sapientes & homines virtuosos (vt fuerunt antiqui romani) secundū imitationem talis naturæ regimen politicū melius fuit. Sed quia peruersi difficile corrigunt̄ & stultorum infinitus est numerus: vt dicitur in Ecclesiaste. in natura corrupta regimen regale ē fructuosius: quia oportet ipsam naturā humanā sic dispositam quasi ad sui fluxum limitibus retinere. Hoc autem facit regale fastigiū. Vnde scriptum est in prouerbio. xx. capitu. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat oē malū intuitu suo. Vltima ergo discipline quam quilibet timet & rigor iusticie sunt necessaria in gubernatione mundi: q̄ p̄

ea populus & indocta multitudo melius regitur. Vnde ap̄l̄ ad ro. xiii. dicit loquens de rectoribus mundi q̄ non sine causa gladiū portat vindicantem dei q̄ male agit. Et Aristo. dicit factiū q̄ poenē in legibus institutę sunt medicina qd̄a. Ergo q̄ ad hoc excellit regale dominū. ¶ Amplius autē & situs terrę scdm̄ bellarū aspectū regionem disponit: vt dictum est supra. vnde videm⁹ quasdam prouincias a præ ad seruitutē: quasdam autē ad libertatē. Propter qd̄ Iulius celsus & amonius qui describūt gesta fr̄acoꝝ & germanorum eos mores & actus attribuit̄ eisdem in quibus etiā nunc perseverant. Romani autē ciues aliquo tempore vixerunt sub regibus a romulo videlicet vsq̄ ad tarquinū superbum. Cuius cursus annorū cēlxxiii. fuit: vt historia tradit. Sic & atheniēses post mortem eodri regis sub magistratibus vixerūt q̄a sub eodem climate constituti. Cōsiderantes. n. q̄ dicta regio maḡ apta foret ex causis iam dictis ad politicū regimen sic ipsam rexerunt vsq̄ ad tempora Iulij cæsar. sub consulibus dictatoribus & tribunis qd̄ fuit quadringentorū quadraginta quattuor annorū. ¶ In quo qdē tpe. vt dictū est supra talis regimine multū facit res publicæ. Patet igit̄ qua cōsideratione politica regno & regale dominium politicū præponimus.

Habita distinctione domini hic distinguit de ministris scdm differentiam dominorū: & quaedā genera ministrorum ostendit omnibus dominis cōmunia. Postea probat seruitutem i quibusdam esse naturalem. CA. .X.

His igitur sic deductis videndū est de ministris q ad regiminis sunt complemētū quia sine eis quodcūq; dominus trāsire non potest: vt per eos scdm gradum personarum exerceantur officia: distribuānt opera & ad ministrantur necessaria: siue in regno: siue in quacūq; republica. & secūdū merita cuiuscūq; in ea contētū. Vnde & primus dux in israelitico populo moyses a letho cognato suo merito redarguitur: vt patet in Exo. xviii. ca. Quia ipse solus fatissaciebat populo suo sine ministris. Stulto inquit labore consumeris tu & populus iste qui tecum est: & vltra vires tuas est nec poteris sustinere. Prouide inquit viros potentes & timentes deum in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiā & constituē ex eis Tribunos. & Ceterones & quinquagenarios ac denarios qui iudicent populum. Hoc idē et de romanis iuenitur. Quia cū Regū regimen cessasset ab vrbe brutus factus cōsul parum in cōsularu solus urbem rexit: sed moventibus bellū Sabinis eidē p senatum adiunctū

est dictator qui dignitate consules præbat. Quorum primus lamius vocatus est. Hoc etiā tpe ad iunctus est magister equitū q dictaturę obsequeretur. Quorū primus Spurius Cassius. Post hæc quasi circa idem tempus instituti sunt tribuni q in fauorem populi essent. Quod pro tanto fit dicitur ad ostendendū q regimen cuiuscūq; coloris siue puinciae: siue ciuitatis vel castri: sine ministerio diuersorum officialiū bene regi non potest. Sed circa hoc distinguendum de eis videtur secūdū diuersitatem regiminis: quia oportet ministros dominis cuiuscūq; regiminis esse conformes sicut membra capiti. Vnde regimen politicum ministros requirit secūdum qualitatem politię. Propter quod hodie i Italia omnes sunt mercenarij sicut & domini: & ideo agunt sicut mercede cōducti non ad vtilitatem subditorum: sed ad lucrum suum præstituentes in mercede finem. Quando veto gratis ministrabāt: vt antiqui romani: tunc eorum sollicitudo figebatur ad rem publicam: sicut ad finem. Et inde proficiebant. Sicut maximus valerius narrat de Camillo qui præcatus est q si alicui deorum foelicitas romanorū nimia videretur: eius inuidia suo & non reipublice incommodo satiaref. Sed regalis regiminis alij sūt ministri ppetuis officialis deputari ad ministrā

dum regi pro suo suiq; populi fructu: vt sunt co-
 mites; barones & milites simplices; feudatarii qui
 ex suo feudo & ipsi & sui successores ad regni gu-
 bernacula sūt obligati perpetuo. Vñ pater & mi-
 nistros esse necessarios cuiusq; dño & scdm ipsi-
 us dñantis conditionem ministros debere consti-
 tuti, propter qd & in ecclesia, dicitur fm iudicem
 populi sic & ministri ei? & qualis rector est ciuita-
 tis tales & inhñtantes in ea. Distinguuntur autē
 & alia quattuor genera ministrorū a phio in poli-
 tica qui haberi possunt regimini magis conueni-
 entia: Quidam em sūt quos habet ciuilitas siue re-
 gimen omnino necessarios ad vilia officia exercē-
 da dñorū de quib? natura puidit vt sint gradus
 in hoib? sicut & in aliis rebus. Videm? em in ele-
 mētiseē isimū & suppreū. Videm? etiā in mi-
 xto sp. eē aliqd pñdñans elemētū. In plantis etiā
 quedā deputata sūt ad humanū cibū, qdā ad si-
 mū: & eodē modo in animalib?. Sed & in hoie in-
 ter mēbra corporis similiter erit. Hoc idē considera-
 mus in relatione corporis ad animam. Et in ipsis
 etiā potentiis anime in alterutrum cōparatis: qdā
 que dā ordinatē sūt ad iperādū & mouēdū vt intel-
 lect? & volūtas qdā ad fūiēdū eisdē fm gradū ip-
 sarum: ita inter homines erit. Et inde probatē esse
 aliquos omnino seruos scdm naturam. Amplius

autem contingit aliquos deficere a ratione prop-
 defcē nature. Tales autē oportet ad opus iducere
 p modū seruile qd rōne vti n̄ possūt. Et hoc iustū
 naturale vocat. Hęc autē oia phs tāgt in pri, po-
 liticorū. Sūt autē & alii ministri ad idē deputati offi-
 cii alia ratione vt in bello deuicti. Qd lex hūana
 nō sine rōne sic statuit ad acuēdū bellatores pre-
 publica fortiter pugnādū, vt videlicet victi subis-
 ciantur victoribus iure quodā quod Philosoph? In
 predicto loco iustum legale appellat. Vñ
 de isti quis vigeant ratione ad statum tamen re-
 diguntur seruorum quadam militari lege: ad acu-
 endum corda bellantium. Et hunc modum obser-
 uauerunt Romani. Vnde tradunt historia: T. Li-
 uium tantē eloquentiā virum a Romanis captū
 in seruitutem redactum: sed propter suam probe-
 tatem a Liuiio nobilissimo Ro. sub cuius ditione
 traditus erat manmissus ab ipso cognomen ac-
 cipiens, T. Liuius est vocatus: quem libertari tra-
 didit pro suis filiis instituendis in liberalibus arti-
 bus cui ante non licuisset: scdm principum insti-
 tuta. Hoc etiam & lex diuina præcepit: vt in deu-
 teronomio patet. Sunt autem & alia duo ge-
 nera ministrorum in familia assistentium: videlicet
 cet vel mercede conductorū: seu fūctū qdā beni-
 uolētia & amore ad sui honoris cumulū: vñ virtu-

tutis profectū: vt ministrantes principi in domestica domo: siue de re militari: siue aucupii: siue venationis: siue in alijs rebus familiaribus domo de quibus nō est modo dicendum per singula: & pro quibus quis caprat vel amicitiam vel gratiā do minorum vel mercedem reportat vel virtutis laudem acquirit. Vnde in prouerbis dicitur q̄ accipit rex regi minister intelligens. Et in ecclesiastico. Si est tibi seruus fidelis sit tibi sicut anima tua. Concludendū est igitur q̄ ad complementum regni & fulcimentum regiminis quæ dicta sunt supra de diuitiis & ministris princeps debet esse munitus. Propter quod philosophus dicit in viii. ethi. Quod non est rex qui per se non est sufficiens: & omnibus bonis superexcellens. Quibus omnibus superabundauit rex Salomō: vt patet in iiii. lib. regum. Sed præcipue in ornatu & ordine ministrorum de quo admiranda regina Saba: maior est inque sapientia tua quam rumor quem audiuimus. Beati viri tui: & serui tui hi qui astant coram te semper & audiunt sapientiam tuam. Quod necessarium est regi & cuiuslibet domino in sua iurisdictione ministerios habere fortissimas: & rationes quare tibi multe ponuntur. CA. XI.



Omnia hæc autem ad robur domini siue regalis siue politici necessarie sunt ministerios ad quas se conferat: domesticus regis: vel ipse rex

Culus rei documentū accepimus a rege Dauid qui postquam cepit Hierusalem accepit morem syon pro suo munimine: ibique arcem edificauit vbi dogmatum fistule dicebantur vsque ad mello: ipsamque arcem suam vocauit ciuitatem. Hoc autem vbi reges obseruant quod in singulis ciuitatibus & castris speciale habent presidium siue arcem vbi degit regis familia & officiales eiusdem. Cuius quidem rei multe sunt cause: vna sumitur ex parte principis quia expedit eis esse in loco tuto vt in regedo cor rigendo & gubernando sint magis securi: & in exequendo iustitiam efficiantur audaces. Vnde & Romani consules & senatores tutiorem elegerunt locum videlicet Capitolium de quo narrant historia: quod tota occupata ab hostibus vrbe roma in ipso permanserunt illesi. Amplius autem & regis sueque familie maior honestas hoc exigit: ne vel ex eorum commercio cum subditis vilificetur in conspectu vbi maxima requiritur pudicitia sicut senex populi Troiani se habebant ad Helenam: vt philosophus dicit in ethicis) populus regis indignationem incurrat vel ipse & sui se deonestandi in subditis occasionem assumant. In quem casum lapsus est rex dauid circa vxorem vriscutiferi ioab quam lauantem vidit de solario domus regie: vt

scribitur in secundo libro regum. Secunda ratio sumitur ex parte populi qui magis sensibilibus mouetur quam ratione ducatur. Cum enim vident magnificos sumptus regum in munitioibus facilius ex admiratione inclinantur ad obedientiam & ad ipsius parendi mandatis: Vt philosophus dicit in sexto politicorum. Amplius autem minorem causam habent rebellandi seu subiucendi se hostibus: dum nimium infestatur. Cum enim ministros regis munitioibus habent preces sollicitatur audacius ad defensionem sui. Sic & Iudas Machabeus fecit de arce syon: quam deuictam circumxit muris fortissimis & turribus altis pro defensione patrie contra hostes: vt scribitur in primo machi. Et similiter in bethsuram munitioes fortissimas extruxit contra faciem indumee. Rursus ad idem necessarie sunt munitioes principibus pro conseruandis diuitiis: quibus abundare debent vt dictum est supra: & vt eisdem possint cum sua familia liberius viui: vnde & ministri fiant ad preparandum necessaria propmtiores: quod est delectabilius ac honorificentius etiam in domestica domo. Hoc enim est proprium in humanis actibus quod ex ordine debito causant speciem siue pulchritudinem tanquam in re proportionata & commensurata in suis

partibus. Vnde consequitur in nobis spiritua-
lis læticia quæ ex se quasi extrinsecus facit quæ passim
videtur regina Saba in aspectu ordinis ministrorum
curiæ Salomonis: vt superius est ostensum.

Quod ad bonum regimen regni siue
cuiuscumque domini pertinet stratas
siue quascumque vias in regione vel pro-
uincia hinc securas & liberat. Ca. XII

C Et aliud necessarium regi ad bonum
regimen regni: ad quod ordinantur ipse
munitioes: vt videlicet stratas faciant
securas & aptas ad transeundum: siue pro aduentibus
siue pro indigenis vel regalibus suis. Viæ enim
communes sunt omnibus quodam iure nature
& legibus gentium. Propter quod prohibentur
a nemine occupari: nec vlla prescriptione: nec
quocumque temporum cursu: siue de eisdem possit
alicui acquiri. Vnde in libro numerorum via publi-
ca via regia nominatur ad significantur eius utilitatem.
Vbi Augustinus in glosa dictum verbum exponit: quia pro tanto sic appellatur: quia
debet esse libera cui libet transeunti innoxio ratio-
ne humane sociatis. Propter quod & ibidem scribitur:
quod amorreis contradicentibus ne filii israel trans-

Irent p̄ eos cū sola via regia gradi p̄mitteret: hoc
 est sine lēione aliqua regionis dominus manda-
 uit ipsos deleri. Vt autē stratae in sua cōmitate sint
 libere: & transeuntibus forent securē iura princi-
 pibus permittunt pedagia. Vñ & eis seruātibz
 quę viatoribus sunt prædicta: officiales principū
 ipsa merito possunt exigere: & p̄fiscētes debi-
 te obligantur p̄soluere. **C**Amplius autē & viarū
 securitas in regimine regni p̄cipibus est fructuo-
 sa: q̄a illuc magis cōstituit mercatores cū mercibz
 vnde & regnū in diuitiis crescit. Qua ratione in
 vrbe aucta fuit res publica p̄pter vias circa quas
 sollicitabantur expeditas habere: & stratae voca-
 bantur romanae: vt homines magis redderen-
 tur securi ad deferendum merces: ac sub simula-
 tione callida sub nominibus calēdarū permutatis:
 vt latrones ignoraret t̄ps sicut compotistae scri-
 bunt: cū in vrbe celebrarent nundinē sic eos dec-
 p̄iebant. Quaedam etiā extra vrbe institutę fue-
 runt p̄ romanos principes: eorūq; sunt intitulare
 nominibus vt ex hoc maiorem obtinerent firmi-
 tatem: & loca tutiora aduenientibus redderent:
 vt for̄ lulii: qd in cōsibus multarū p̄sciarū &
 diuersis regionibus adhuc nomē remāsit. **C**Am-
 plius autē & p̄ diuersos cōsules ac senatores roma-
 nos stratae sunt institutę: extēdētes se ad diuersas

prouincias: quorū titulis autēticari viderent ad
 liberiorē: ac securiorē accessum ad vrbe: vel ad ip-
 sorū memoriā clariorē. vt via aurelia ab Aurelio
 principe: via appia ab appio senatore. Quarū pri-
 ma tēdebat versus reate: vbi hitoria: puinciam
 aureliā ponūt. Scda vero in cāpaniā suā habebat
 p̄gressum ac sic de singulis aliis siue cōsulibus si-
 ue senatoribus. vt flaminio vel amilio: a quibus
 stratae vel puinciae sunt noiatae p̄pter causam iā
 dictā. **C**Rursus & diuinus cultus in hoc augef:
 p̄pterea q̄ promptiores sunt hoies ad reuerentiā
 diuinā cū liber est adit⁹ viarū ad indulgētiā siue
 ad aditū sancti. Vñ & p̄cipuū motiuū romanorū
 fuit stratas faciendi securas: diuinus videlicet
 idolorum cultus pro quo multum zelabat respu-
 blica. vt Maximus valerius scribit i principio libri
 sui. Sacra etiā scriptura in Esdra refert reueren-
 tiam templi impeditam fuisse propter hostes in
 circuitu: propter quod & tardata fuit aedificatio
 templi. iuxta quod dño dicit in io. Quadragina-
 ta & sex annis aedificatū est templū hoc: & tu in
 triduo reaedificabis illud.
CQualiter in quolibet regno & quocunq; domi-
 nio necē sarrum est numisma proprium: & quot
 bona ex hoc sequūtur: & quę incommoda si non
 habeatur. **CA. XIII.**